



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitvlaria Karoli Magni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARIA
KAROLI MAGNI
REGIS FRANCORVM.

KAROLI MAGNI
CAPITVLARE PRIMVM

Datum, ut videtur, sub ejus regni exordia, anno Christi
DCCLXIX.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Laudunensis.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **V**T servi Dei in hostem non pergant, nisi illi qui necessarii sunt propter divinam ministerium.
2. Ne sacerdotes fundant sanguinem Christianorum vel paganorum.
3. Vt servi Dei venationes non exercent.
4. De Episcopis & Presbyteris ignotis, quomodo admittantur ad ministerium ecclesiasticum.
5. De sacerdotibus qui plures uxores habuerint.
6. Vt unusquisque Episcopus provideat in sua parochia ne populus agat paganas aut superstitiones.
7. Vt parochiam suam singulis annis unusquisque Episcopus circumeat.
8. Vt Presbyteri Episcopis suis subiecti sint, & ut quadagesimo tempore rationem ministerij sui eis reddant.
9. Ne aliquis accipiat Ecclesiam infra parochiam sine consensu Episcopi sui.
10. Vt sacerdotes magnam curam habeant de incensis & infirmis & penitentibus.
11. De jejuniis quatuor temporum.
12. Vt bis in anno ad mallum omnes veniant.
13. Vt nullus negligens sit quando pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.
14. Vt sacerdos nisi in locis consecratis Missam non celebret.
15. De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.
16. Vt sacerdos qui admonitionem Episcopi sui contempserit, deponatur.
17. Vt nullus iudex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui distringat.
18. Vt nullus Episcoporum vel secularium aliterius cuiusquam res retinere presumat.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

Vt servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam bajulent.

I Karolus gratia Dei Rex regni- que Francorum rector, & devotus sanctae Ecclesiae Defensor, atque ad- jutor in omnibus apostolicae sedis. Hortatu omnium fidelium nostrorum, & maxime Episcoporum ac reliquorum sacerdo-

tum consultu, servis Dei per omnia omni- bus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est, unum vel duos Episcopos cum Capellanis Presbyteris. Et unusquisque Prin-

- ceps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confitentibus iudicare & iudicare poenitentiam possit.
- Ne sacerdotes fundant sanguinem Christianorum vel paganorum.*
- Ibid. 114. II. Vt sacerdotes neque Christianorum neque paganorum sanguinem fundant.
- Vt servi Dei venationes non exercent.*
- Ibid. 115. III. Omnibus servis Dei venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant, interdicimus.
- De Episcopis & Presbyteris ignotis, quomodo admittantur ad ministerium ecclesiasticum.*
- Ibid. 116. IV. Statuimus ut secundum canonicam cautelam omnes undecunque supervenientes ignotos Episcopos vel Presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.
- De sacerdotibus qui plures uxores habuerint.*
- Ibid. 117. V. Si sacerdotes plures uxores habuerint, vel sanguinem Christianorum vel paganorum fuderint, aut canonibus obviaverint, sacerdotio priventur, quia deteriores sunt secularibus.
- Vt unusquisque Episcopus provideat in sua parrochia ne populus faciat paganas aut superstitiones.*
- Ibid. 118. VI. Decrevimus ut secundum canones unusquisque Episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat, adjuvante Graphone, qui defensor Ecclesie est, ut populus Dei paganas non faciat, sed ut omnes spurcitas gentilitatis abiciat & respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive phylacteria & auguria, sive incantationes, sive hostias immolatas, quas stulti homines juxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini, qui potius quam ad misericordiam sanctorum suos ad iracundiam provocant.
- Vt parrochiam suam singulis annis unusquisque Episcopus circumeat.*
- Ibid. 119. VII. Statuimus ut singulis annis unusquisque Episcopus parrochiam suam sollicitè circumeat, & populum confirmare & plebes docere & investigare, & prohibere paganas observationes, divinosque vel sortilegos, aut auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcitas gentilium studeat.
- Vt Presbyteri Episcopis suis subiecti sint, & ut quadragesimo tempore rationem ministerij sui eis reddant.*
- Ibid. 120. VIII. Decrevimus quoque juxta sanctorum canones ut unusquisque Presbyter in parrochia habitans Episcopo subiectus sit illi in cujus parrochia habitat, & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerij sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, & ordine Missarum, Episcopo reddat. Et quando-cunque jure canonico Episcopus circum-eat parrochiam populos ad confirmandos, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum chrisma ab Episcopo suo querat. Et de veteri nullus baptizare præsumat, sed ardere in luminaribus Ecclesie faciat.
- Ne aliquis accipiat Ecclesiam infra parrochiam sine consensu Episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.*
- Ibid. 121. IX. Vt nemo accipiat Ecclesiam infra parrochiam sine consensu Episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.
- Vt sacerdotes magnam curam habeant de incestis & infortis & poenitentibus.*
- X. Vt de incestis & criminosis magnam curam habeant sacerdotes, ne in suis peccant sceleribus, & animæ eorum à districto iudice Christo eis requirantur. Similiter de infirmis & poenitentibus, ut morientes sine sacra olei unctione & reconciliatione & viatico non deficiant.
- De jejuniis quatuor temporum.*
- Ibid. 122. XI. Vt jejunium quatuor temporum & ipsi sacerdotes observent & plebi denuntient observandum.
- Vt bis in anno ad mallum omnes veniant.*
- Ibid. 123. XII. Vt ad mallum venire nemo tardet, primum circa æstatem, secundò circa autumnum. Ad alia verò placita, si necessitas fuerit, vel denuntiatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet.
- Vt nemo negligens sit quando pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.*
- Ibid. 124. XIII. Vt quando denuntiatum fuerit pro Rege vel pro fidelibus suis qualibet causa orationes facere, nemo ex hoc negligens appareat.
- Vt sacerdos nisi in locis consecratis Missam non celebret.*
- Ibid. 126. XIV. Nullus sacerdos nisi in locis Deo dicatis, vel in itinere positus in tabernaculis & mensis lapideis ab Episcopo consecratis, Missas celebrare præsumat. Quòd si præsumserit, gradus sui periculo subiacet.

De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.

ibid. 137.

XV. Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec discere juxta præceptum Episcoporum suorum pro viribus satagunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi quousque hæc pleniter emendata habeant.

Vt sacerdos qui admonitionem Episcopi sui contempserit, deponatur.

XVI. Quicumque autem a suo Episcopo frequenter admonitus de sua scientia, ut discere curet, facere neglexerit, proculdubio & ab officio removeatur, & Ecclesiam quam tener amittat. Quia ignorantes legem Dei, eam aliis annuntiare & prædicare non possunt.

Vt nullus iudex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui distringat.

ibid. 139.

XVII. Vt nullus iudex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui distringat.

terum neque Diaconum aut Clericum aut juniorem Ecclesie extra conscientiam Pontificis per se distringat aut condemnare præsumat. Quod si quis hoc fecerit, ab Ecclesia cui injuriam inrogare dinoscitur tandiu sit sequestratus quandiu reatum suum cognoscat & emendet.

Vt nullus Episcoporum vel secularium alterius cuiusquam res retinere præsumat.

XVIII. Vt nullus Episcoporum vel secularium cuiusquam alterius Episcopi sive Ecclesie sive privati res aut regnorum divisione aut provinciarum sequestratione competere aut retinere præsumat. Quod si quis hoc facere tentaverit, tandiu sit ab omnium caritate suspensus & a communionis gratia sequestratus quoadusque res ablatas cum fructuum satisfactione restituat.

ibid. 140.

KAROLVS MAGNVS
R E X I T A L I Æ
ANNO DCCLXXIV.

EPISTOLA AD OFFAM REGEM MERCIORVM

Data anno DCCLXXIV. post devictos Longobardos & Saxones.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum viro venerando & fratri carissimo Offano Merciorum Regi salutem, honorem, & amorem. Cum deceat Reges potentes & famulos amicitia fœdere convinci & mutuis gaudiis ad invicem gratulari, ut in vinculo caritatis Christus in omnibus & ab omnibus glorificetur, vestra serenitati hoc eulogium duximus destinandum. Cum nobilissimam Longobardorum civitatem cum suis civibus omnibus nostro dominatui subjugaverimus, & Italiam totam nostro imperio feliciter subjugaverimus Christi adjutorio, cui famulari desideramus, Rex Desiderius Longobardorum, Ducisque Saxonie, quos nostris nutibus inclinavimus, Vvithimundus & Albion, cum ferè omnibus incolis Saxonie, baptismi susceperunt sacramentum, Domino Iesu Christo de cetero famulaturi. Hoc igitur salubri mandato ego Karolus Regum Christianorum orientalium potentissimus vos, ô Offane Regum occidentalium Christianorum potentissime, cupio lætificare, & te in dilectione speciali amplecti sincerius.

Tom. I.

N

CAPITVLARE ANNI DCCLXXIX.

INCIPIT DECRETVM KAROLI
preciosi Regis Francorum.

ANno feliciter undecimo regni Domni nostri Karoli gloriosissimi Regis in mense Martio, facto Capitulare, qualiter congregatis in unum synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, virisque intultribus Comitibus, unà cum piissimo Domino nostro, secundum Dei voluntatem, pro causis opportunis consenserunt decretum.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **V**T suffraganei Episcopi subiecti sint Metropolitanis.
2. Vt Episcopi ordinentur ubi non sunt.
3. Vt monasteria regularia regulam custodiant.
4. De potestate Episcoporum super Presbyteros & Clericos.
5. Vt Episcopi incestuosos emendent & viduas.
6. De alterius Clerico Episcopi non recipiendo nec ordinando.
7. De decimis dandis & per iustionem Episcopi dispensandis.
8. De iis qui mori debent, ut ab Ecclesia non deserventur.
9. Qualiter de latronibus faciendam sit.
10. De perjuris.
11. De latronibus iuste peremptis, & de hominibus iniuste punitis.
12. Vt ea conserventur que in placitis & synodis Pippinus Rex constituit.
13. De nomis & decimis vel censu Ecclesiarum.
14. De trufte non facienda.
15. De tributariis Ecclesiarum.
16. Vt sacramentum pro gildonia non fiat.
17. Vt itinerantibus nullus impedimentum faciat.
18. De retonis forbannitis.
19. Vt mancipia non sine testibus vendantur.
20. De loricis extra regnum non vendendis.
21. Qualiter de comitibus vel vassis dominicis iustitias non facientibus agendum sit.
22. De his qui pretium pro fuida recipere & iustitiam facere nolant.
23. De latronibus bis per membra & tercio per vitam puniendis.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

- Vt suffraganei Episcopi subiecti sint Metropolitanis.*
- I.** DE Metropolitanis, ut suffraganei Episcopi eis secundum canones subiecti sunt, & ea que erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atque corrigant. *Ibid. 110.*
- Vt Episcopi ordinentur ubi non sunt.*
- II.** DE Episcopis, ut ubi in presens ordinati non sunt, sine tarditate ordinentur. *Ibid. 111.*
- Vt monasteria regularia regulam custodiant.*
- III.** DE monasteriis que regularia fuerunt, ut secundum regulam vivant, nec non & monasteria puellarum ordinem sanctum custodiant. Et unaquaque Abbatissa sine intermissione in suo monasterio resideat. *Ibid. 112.*
- De potestate Episcoporum super Presbyteros & Clericos.*
- IV.** Vt Episcopi de Presbyteris & Clericis infra illorum parrochiam potestatem habeant secundum canones. *Ibid. 113.*
- Vt Episcopi incestuosos emendent & viduas.*
- V.** Vt Episcopi de incestuosis hominibus licentiam habeant emendandi, seu & de viduis infra suam parrochiam potestatem habeant ad corrigendum. *Ibid. 114.*
- De alterius Clerico Episcopi non recipiendo nec ordinando.*
- VI.** Vt nemini liceat alterius Clericum recipere nec ordinare in aliquo gradu. *Ibid. 115.*
- De decimis dandis & per iustionem Episcopi dispensandis.*
- VII.** De decimis, ut unusquisque suam *Ibid. 117.*

decimam donet, atque per iussionem Pontificis dispensentur.

De reis qui mori debent, ut ab Ecclesia non dispensentur.

Ibid. 126. VIII. Ut homicidæ & ceteri rei qui legibus mori debent, si ad Ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur.

Qualiter de latronibus faciendum sit.

Ibid. 128. IX. Ut latrones de infra emunitatem illi iudices ad Comitum placita presentent. Et qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat. Et qui beneficium non habuerit, bannum solvat. Similiter & vassi nostri, si hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant.

De perjuriis.

Ibid. 129. X. De eo qui perjurium fecerit, nullam redemptionem det, nisi manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad crucem. Et si jurator vicerit, legem suam accusator emendet. Hoc verò de minoribus causis observandum. De maioribus verò rebus, aut de statu ingenuitatis, secundum legem custodiant.

De latronibus iuste peremptis, & de hominibus iniuste punitis.

Ibid. 130. XI. De vindicta & iudicio iusto in latrones facto testimonio Episcoporum absque peccato Comites esse dicuntur, ita tamen ut absque invidia aut occasione mala nihil aliud ibi interponatur nisi vera iustitia ad perficiendum. Ille verò qui per odium, aut per malum ingenium, nisi pro iustitia faciendam, hominem disfecerit, honorem suum perdat, & legibus contra quem iniuste fecerit, secundum penam quam intulit emendet.

Ut ea conserventur que in placitis & synodis Pippinus Rex constituit.

Ibid. 131. XII. Capitula verò que bonæ memoriæ genitor noster Dominus Pippinus Rex in suis placitis constituit & in synodis, conservare volumus.

De nonis & decimis vel censu Ecclesiarum.

Ibid. 132. XIII. De rebus verò Ecclesiarum, unde nunc census exeunt, decima & nona cum ipso censu sit soluta, & unde antea non exierunt, similiter decima & nona cum ipso censu sit soluta, atque de casatis quinquaginta solidus unus, & de casatis triginta dimidius solidus, & de viginti tremissis unus. Et precariæ ubi modò sunt renoventur, & ubi non sunt scribantur. Et sit discretio inter precariæ de verbo nostro factas & inter eas quas spontanea volun-

tate de ipsis rebus Ecclesiarum faciunt.

De traste non faciendam.

XIV. De traste faciendam nemo presumat.

De tributariis Ecclesiarum.

XV. De cerariis & tabulariis atque chartulariis, sicut à longo tempore fuit, observetur.

Ut sacramentum pro gildonia non fiat.

XVI. De sacramentis pro gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere presumat. Alio verò modo de eorum elemosynis, aut de incendio, aut de naufragio, quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare presumat.

Ut itinerantibus nullus impedimentum faciat.

XVII. De iterantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo sit ausus adfallere. Et nemo alterius herbam defensionis tempore tollere presumat, nisi in hoste pergendo, aut Missus noster sit. Et qui aliter facere presumpserit, emendet.

De teloneis forbanensis.

XVIII. De teloneis qui jam antea forbanitti fuerunt nemo tollat, nisi ibi ubi antiquo tempore fuerunt.

Ut mancipia non sine testibus vendantur.

XIX. De mancipiis que venduntur, ut in presentia Episcopi vel Comitis sit, aut in presentia Archidiaconi, aut Catenarij, aut in presentia Vicedomini, aut iudicis Comitis, aut ante bene nota testimonia. Et foras marcham nemo mancipium vendat. Qui fecerit, tantas vices bannum solvat quanta mancipia vendidit. Et si non habet pretium, in vadio pro servo semetipsum donet Comiti, usque dum ipsum bannum solvat.

De lorice extra regnum non vendendis.

XX. De brunias, ut nullus foras nostro regno vendere presumat.

Qualiter de Comitibus vel vassis dominicis iustitias non faciendis agendum sit.

XXI. Si Comes in suo ministerio iustitias non fecerit, Missos nostros in sua casa soniare faciat usque dum iustitiæ ibidem factæ fuerint. Et si vassus noster iustitias non fecerit, tunc & Comes & Missus ad ipsius casam sedeant & de suo vivant quousque iustitiam faciat.

De his qui pretium pro faida recipere & iustitiam facere nolent.

XXII. Si quis pro faida pretium recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, & nos eum dirigemus ubi damnum minime possit facere. Simili modo & qui pro

faida pretium solvere noluerit, nec justitiam exinde facere, in tali loco eum mittere volumus ut pro eodem majus damnum non crescat.

De latronibus bis per membra & tertio per vitam puniendis.

Ibid. 142. XXIII. De latronibus ita precipimus observandum, ut pro prima culpa non moriantur, sed oculum perdant; de secunda vero culpa nasus ipsius latronis capuletur; de tertia vero, si se non emendaverit, moriatur.

EXPLICIT DECRETVM

KAROLI REGIS.

Post caput decimum superioris Capitularis sequitur in editione Simondi caput de latronibus in custodiam missis: quod cum in nullo eorum exemplarium reperitur quae nos vidimus, nec in editione Bavaria, neque deum in Additione quarta Capitularium, ubi Capitulare istud refertur integrum, nos illud ab eo loco sustulimus quem occupat in editione Simondi. Ne quis tamen conquiri posset à nobis aliquid praetermissum fuisse, haec extra ordinem posuimus.

De latronibus in custodiam missis.

De latronibus qui in custodiam missi sunt, ut nullus iudex publicus pretium pendat. Et si hoc fecerit, honorem suum perdat. Et qui Ecclesiam infregerit moriatur.

DECRETALE PRECVM QVORVNDAM EPISCOPORVM.

Qualiter pro Rege & exercitu ejus hac instanti tribulatione à fidelibus in orationibus & eleemosynis Deo supplicandum sit.

Lib. v. Capitular. c. 107. & Add. iv. c. 143.
Capitulare qualiter institutum est in hoc Episcoporum conventu, id est, ut unusquisque Episcopus tres Missas & psalteria tria cantet, unum pro Domino Rege, alterum pro exercitu Francorum, tertium pro praesenti tribulatione. Presbyteri vero unusquisque Missas tres, monachi & monacha & Canonici unusquisque psalteria tria. Et biduanam omnes faciant, tam Episcopi, monachi, & monacha, atque Canonici, atque eorum infra casati homines, vel qui potentes sunt. Et unusquisque Episcopus, aut Abbas, vel Abbatissa, qui hoc facere potest, libram donet de argento aut valentem in eleemosynam, mediocres vero mediam libram, minores vero solidos quinque. Episcopi, Abbates, atque Abbatissae pauperes famelicos quatuor pro ista stricte nutrire debent usque tempore messium. Et qui

tantum non possunt, juxta quod possibilitas est, aut tres, aut duos, aut unum. Comites fortiores libram unam de argento aut valentem donent in eleemosynam, mediocres mediam libram. Vassus dominicus de casatis ducentis mediam libram, de casatis centum solidos quinque, de casatis quinquaginta aut triginta unciam unam. Et faciant biduanas, atque eorum homines in eorum casatis, vel qui hoc facere possunt. Et qui redimere ipsas biduanas voluerit, fortiores Comites uncias tres, mediocres unciam & dimidiam, minores solidum unum. Et de pauperibus famelicis, sicut superscriptum est, & ipsi faciant. Haec omnia, si Deo placuerit, pro Domino Rege & pro exercitu Francorum & praesente tribulatione Missa sancti Iohannis sint completa.



CONSTITVTIO

DE SCHOLIS PER SINGVLA EPISCOPIA
& monasteria instituendis.

IACOBI SIRMONDI ADMONITIO

De sequenti epistola seu constitutione.

Laborasse Carolum Magnum ut instaurarentur in Galliis studia litterarum, & scholæ publicæ constituerentur, testantur, ut de aliis nihil dicam, Concilium Cabilonense II. cap. 3. & Parisiense sub Ludovico Pio libro III. cap. 12. Qui ejus vitam scripsit, monachus Engolismensis, auctor est in eam maximè curam incubuisse post tertium iter Romanum, cum ab urbe Grammaticos adduxisset, anno septingentesimo octuagesimo septimo. Nec dubium quin multæ Caroli hac de re fuerint leges atque Capitula. Epistola hæc de numero est illarum quæ generales dicebantur, quòd uno exemplo, paucis mutatis, ad diversos mitterentur Metropolitanos, Episcopos, Abbates, & alios, ut res postulabat. Sed in hac nostra, quæ ad Baugulfum Fuldæ Abbatem missa est, scriniarij officiantia obrepfit ut nonnulla sub finem hæserint quæ mutari oportebat, ut quæ Metropolitanis conveniant, non Abbatibus. Sic enim habet in codice sancti Arnulfi Metensis, ex quo de prompta est.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum, Baugulfo Abbati & omni congregationi, tibi etiam commissis fidelibus oratoribus nostris, in omnipotentis Dei nomine amabilem direximus salutem. Notum igitur sit Deo placitæ devotioni vestræ quia nos unâ cum fidelibus nostris consideravimus utile esse ut episcopia & monasteria nobis Christo propitio ad gubernandum commissa, præter regularis vitæ ordinem atque sanctæ religionis conversationem, etiam in litterarum meditationibus, eis qui donante Domino discere possunt, secundum uniuscujusque capacitatem, docendi studium debeant impendere; qualiter sicut regularis norma honestatem morum, ita quoque docendi & discendi instantia ordinet & ornet ferriam verborum; ut qui Deo placere appetunt rectè vivendo, ei etiam placere non negligant rectè loquendo. Scriptum est enim: *Aut ex verbis tuis justificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis.* Quamvis enim melius sit bene facere quam nosse, prius

tamen est nosse quàm facere. Debet ergo quisque discere quod optat implere; ut tanto uberius quid agere debeat intelligat anima quanto in omnipotentis Dei laudibus sine mendaciorum offendiculis cucurrerit lingua. Nam cum omnibus hominibus vitanda sint mendacia, quanto magis illi secundum possibilitatem declinare debent qui ad hoc solummodo probantur electi ut servire specialiter debeant veritati? Nam cum nobis in his annis à nonnullis monasteriis sæpius scripta dirigerentur, in quibus quòd pro nobis fratres ibidem commorantes in sacris & piis orationibus decertarent significaretur, cognovimus in plerisque præfatis conscriptionibus eorundem & sensus rectos & sermones incultos: quia quod pia devotio interius fideliter dicebat, hoc exterius, propter negligentiam discendi, lingua inerudita exprimere sine reprehensione non valebat. Vnde factum est ut timere inciperemus ne fortè, sicut minor erat in scribendo prudentia, ita quoque & multò minor esset quàm rectè esse debuisset in sanctarum scriptura-

N ij

Matth. 12.

rum ad intelligendum sapientia. Et bene novimus omnes quia quamvis periculosi sint errores verborum, multo periculiosiores sunt errores sensuum. Quamobrem hortamur vos litterarum studia non solum non negligere, verum etiam humillima & Deo placita intentione ad hoc certatim discere ut facilius & rectius divinarum scripturarum mysteria valeatis penetrare. Cum autem in sacris paginis schemata, tropi, & cetera his similia inserta inveniantur, nulli dubium est quod ea unusquisque legens tanto citius spiritualiter intelligit quanto prius in litterarum magisterio plenius instructus fuerit. Tales vero ad hoc opus viri eligantur qui & voluntatem & possibilitatem discendi & desiderium habeant alios instruendi. Et hoc tantum ea intentione agatur qua devotione a nobis

præcipitur. Optamus enim vos, sicut decet Ecclesie milites, & interius devotos & exterius doctos castosque bene vivendo, & scholasticos bene loquendo; ut quicumque vos propter nomen Domini & sanctae conversationis nobilitatem ad videndum expetierit, sicut de aspectu vestro edificatur visus, ita quoque de sapientia vestra, quam in legendo seu cantando perceperit, instructus, omnipotenti Domino gratias agendo gaudens redeat. Hujus itaque epistolae exemplaria ad omnes suffraganeos tuosque coepiscopos & per universa monasteria dirigi non negligas, si gratiam nostram habere vis. Et nullus monachus foris monasterio judiciaria teneat, nec per mallos & publica placita pergat. Legens valeat.

C O N S T I T U T I O
D E E M E N D A T I O N E L I B R O R U M
E T O F F I C I O R U M E C C L E S I A S T I C O R U M .

Karolus Dei fretus auxilio Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum religiosus lectoribus nostrae ditioni subiectis. Cum nos divina semper domi forisque clementia sive in bellorum eventibus sive in pacis tranquillitate custodiat, etsi rependere quicquam ejus beneficiis tenuitas humana non praevaleret, quia est inestimabilis misericordiae Deus noster, devotas suae servituti benignè approbat voluntates. Igitur quia curae nobis est ut nostrarum Ecclesiarum ad meliora semper proficiat status, oblitteratam penè majorum nostrorum defidia reparare vigilante studio litterarum satagimus officinam, & ad pernoscentia studia liberalium artium nostro etiam quos possumus invitamus exemplo. inter quae jam pridem universos veteris ac novi instrumenti libros libroriorum imperitia depravatos, Deo nos in omnibus adjuvante, examussum correximus. Accensi praeterea memoriae venerandae Pippini genitoris nostri exemplis, qui totas Galliarum Ecclesias Romanae traditionis suo studio cantibus decoravit, nos nihilominus solerti eandem curam intuitu praecipuarum insignire serie lectionum. Denique quia ad nocturnale officium compilatas quorundam casto labore, licet recto intuitu, minus tamen idoneo, reperimus lectiones, quippe quae & sine auctorum suorum vocabulis essent posita, & infinitis vitiorum anfractibus scaterent, non sumus passi nostris in diebus in divinis lectionibus inter sacra officia inconsonantes perstreperere sollicitos, atque earundem lectionum in melius reformare tramitem mentem intendimus. idque opus Paulo Diacono familiari clientulo nostro

climandum injunximus. scilicet ut studiosè catholicorum patrum dicta percurrens, veluti è lectissimis eorum pratis certos quosque flosculos legeret, & in unum quæque essent utilia quasi sertum aptaret. Qui nostræ cellitudini devotè parere desiderans, tractatus atque sermones diversorum catholicorum patrum perlegens, & optima quæque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes cuique festivitati distinctè & absque vitii nobis obtulit lectiones. Quarum omnium textum nostra sagacitate perpentes, nostra eadem volumina auctoritate constabilimus, vestraque religioni in Christi Ecclesiis tradimus ad legendum.

ADMONITIO

De sequenti Capitulari Bajuvariorum.

FOEDIFRAGVS ille Dux Bajuvariorum Thasilo cum fide Karolo Magno promissam levitate sua saepe mutasset, novàsque insuper res ab uxore Luitpurga persuasus adversus eum moliretur, tandem de principatu ab eo eiectus est anno Christi septingentesimo octuagesimo octavo, ut ait continuator Pauli Diaconi à Marquardo Frebero editus. Nam Karolus audio Thasilonem concitasse Hunnos seu Avaros ut bellum Francis inferrent, multaque alia, ut Eginhardus scribit, dixisse & fecisse quæ non nisi ab inimico & irato vel fieri vel profecti poterant, habito generali populi sui conventu in villa Ingelenheimensi juxta Moguntiam, in quo, ut Marcus Velserus tradit, Franci, Boij, Langobardi, Saxones, ceterique provinciales convenere, & accusatores audivit, & reum peregit. Cum nullum accusationis caput negaretur, uno omnium adfensu, inquit Eginhardus, ut lætæ majestatis reus capitali sententia damnatus est. Sed clementia Regis licet morti addictum liberare curavit. Nam mutato habitu in monasterium missus est, ubi tam religiosè vixit quàm libens intravit. Ista ultima Eginhardi verba, quæ apud Aimoinum quoque leguntur, Velserus acri judicio præditus vir dubiam apprimè & ancipitem sententiam vocat, sed quam domestici annales opportunè in commodiorem partem interpretantur, nimirum eluisse benefactis superiores maculas. Sanè Thasilonem postea obscuram admodum vitam duxisse hinc manifestè colligitur quòd nondum inter auctores constat de monasterio in quod projectus est ad agendam penitentiam. Ac si verum est eum in Gemmeticensi monasterio vitam finisse, falsa omnino sunt quæ de prodigijs & miraculis ad sepulchrum ejus patratis vulgò circumferuntur. Vicunque se res habeat, certum est illum principatu exutum ut perduellionis reum, & vacuam fecisse provinciam. Eam Karolus non ita multò post ordinavit, descriptamque Comitibus hoc est iudicibus regendam tradidit, legesque veteribus addendas proposuit Reginoburgi in Bajoaria, quas Velserus ex veteribus membranis edidit in libro quinto rerum Boicarum. Sunt autem illæ quas nos heic exhibemus.



CAPITVLARE BAIVVARIORVM

Datum, ut conjectura est, Ratisbonæ anno Christi
DCCLXXXVIII.

Hæc sunt Capitula quæ Dominus Karolus serenissimus addere iussit.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|--|
| 1. D E banno Regis inrupto componendo. | 5. De compositione hominis denarialis. |
| 2. De tuitione Ecclesie, viduarum, orphanorum, & minus potentum. | 6. De his qui in Ecclesia manumissi sunt. |
| 3. De raptu & violentia & incendio infra patriam factis. | 7. De his qui per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi. |
| 4. De manitione in hostem. | 8. Vt Clericum alienum nemo recipiat sine consensu Episcopi sui. |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De banno Regis inrupto componendo.

I. VT bannum ipsius quilibet intruperit, componere debeat.

De tuitione Ecclesie, viduarum, orphanorum, & minus potentum.

II. Vt Ecclesia, vidua, orphani, vel minus potentes pacem rectam habeant. Et ubicunque fuerit infra, sexaginta solidis componatur.

De raptu & violentia & incendio infra patriam factis.

III. Vt raptum vel vis per collectam hominum & incendia infra patriam nemo facere præsumat. Et qui hoc commiserit, sexaginta solidos in bannum nostrum componat.

De manitione in hostem.

IV. Similiter & qui iussionem regiam in hoste bannitus intruperit.

De compositione hominis denarialis.

V. De denarialibus, ut si quis eos occiderit, Regi componantur.

De his qui in Ecclesia manumissi sunt.

VI. Similiter de his qui per chartam in Ecclesia juxta altare dimissi sunt liberi, cum quadraginta solidis Regi componantur.

De his qui per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi.

VII. Qui verò per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, ubi nullum patrocinium & defensionem non elegerint, similiter Regi componantur quadraginta solidis.

Vt Clericum alienum nemo recipiat sine consensu Episcopi sui.

VIII. Vt Clericum nemo recipere audeat sine consensu Episcopi sui. Et si eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipsius Episcopi fuerit, aliter non faciat, nisi eum ejus præsentia percrutandum, si dignus fuerit, deducat.



CAPITVLARE AQVISGRANENSE

S I V E

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCLXXXIX.

INCIPIT PRÆFATIO DOMNI KAROLI REGIS.

Regnante Domino nostro Iesu Christo in perpetuum. Ego Karolus gratia Dei ejusque misericordia donante Rex & rector regni Francorum, & devotus sanctæ Dei Ecclesiæ Defensor humilisque adjutor, omnibus ecclesiasticæ pietatis ordinibus, seu secularis potentia dignitatibus, in Christo Domino Deo æterno perpetua pacis & beatitudinis salutem. Considerans pacifico piæ mentis intuitu unà cum Sacerdotibus & Consiliariis nostris abundantem in nos nostrumque populum Christi Regis clementiam, & quàm necessarium est non solum toto corde & ore ejus pietati agere gratias incessanter, sed etiam continua bonorum operum exercitatione ejus insistere laudibus, quatenus qui nostro regno tantos contulit honores, sua protectione nos nostrumque regnum in æternum conservare dignetur. Quapropter placuit nobis vestram rogare solertiam, ô pastores Ecclesiarum Christi, & ductores gregis ejus, & clarissima mundi luminaria, ut vigili cura & sedula admonitione populum Dei per pascua vitæ æternæ ducere studeatis, & errantes oves bonorum operum exemplo, seu adhortatione, humeris intra ecclesiasticæ firmitatis muros reportare satagimini; ne lupus insidians aliquem canonicas sanctiones transgredientem vel paternas traditiones universalium conciliorum excedentem, quod absit, inveniens devoret. Ideo magnæ devotionis studio admonendi & adhortandi sunt, immo compellendi, ut firma fide & infatigabili perseverantia intra paternas sanctiones se contineant. In quo operis studio sciat certissimè sanctitas vestra nostram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & nostros ad vos direximus Missos, qui ex nostri nominis auctoritate unà vobiscum corrigerent quæ corrigenda essent. Sed & aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quæ magis vobis necessaria videbantur, subjunximus. Ne aliquis, quæso, hujus pietatis admonitionem esse præsumptiosam judicet, qua nos errata corrigere, superflua abscidere, recta coartare studuimus, sed magis benevolo caritatis animo suscipiat. Nam Legimus in Regnorum libris quomodo sanctus Iosias regnum sibi à Deo datum 4. Reg. 21. circumcundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei studuit revocare. Non ut me ejus sanctitati æquiparabilem faciam; sed quòd nobis sint ubique sanctorum semper exempla sequenda, & quoscunque poterimus ad studium bonæ vitæ in laudem & in gloriam Domini nostri Iesu Christi congregare necesse est. Quapropter, ut prædicimus, aliqua capitula notare iussimus, ut simul hæc eadem vos admonere studeatis, & quæcunque vobis alia necessaria esse scitis: ut & ista & illa æquali

Tom. I.

O

intentione prædicetis. Nec aliquid quod vestræ sanctitati populo Dei utile videatur omitatis ut pio studio non admoneatis; quatenus ut & vestra solertia & subjectorum obedientia aeterna felicitate ab omnipotenti Deo remuneretur.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E his qui ab Episcopo proprio excommunicantur.
 2. De his qui ad ordinandum veniunt.
 3. De Clericis fugitivis & peregrinis.
 4. De Presbyteris, Diaconis, vel his qui in clero sunt.
 5. De usuris.
 6. De Presbyteris Missas cantantibus & non communicantibus.
 7. De his qui à synodo vel à suo Episcopo damnati sunt.
 8. De suffraganeis Episcopis.
 9. De Chorepiscopis.
 10. De Episcopis vel quibuslibet ex clero.
 11. De ordinationibus vel quibuslibet negotiis.
 12. De cura Episcoporum.
 13. De provincialibus Episcopis.
 14. De monachis & Clericis.
 15. De die dominica, qualiter servanda est.
 16. De ignotis angelorum nominibus.
 17. De mulieribus, ne ad altare accedant.
 18. De maleficiis vel incantatoribus.
 19. De Episcopis, ubi non oporteat eos constitui.
 20. De libris canonicis.
 21. De Episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.
 22. De monachis & Clericis & Presbyteris. Et de servis alterius non sollicitandis.
 23. De stabilitate Episcoporum vel Clericorum.
 24. De Presbyteris non absolutè ordinandis.
 25. De proposito monachorum & Clericorum.
 26. De monachis qui ad clericatum provehantur.
 27. De negotio Clericorum inter se.
 28. De conspiratione Clericorum vel monachorum.
 29. De accusatione laicorum contra Episcopos.
 30. De monasteriis Deo dicatis.
 31. De fide sancte Trinitatis prædicanda.
 32. De avaritiis.
 33. De his qui se convertunt ad Deum.
 34. De his qui non sunt bonæ conversationis.
 35. De his qui excommunicato communicaverint.
 36. De subiectione Presbyterorum.
 37. De Clericis ecclesiastici ordinis.
 38. *Vt Clerici non sint usurarii.*
 39. *De virginibus Deo dicatis.*
 40. *De principali cathedra Episcoporum.*
 41. *De falsis nominibus sanctorum.*
 42. *De uxore à viro dimissa.*
 43. *De iudicibus à Metropolitano probatis.*
 44. *De accusatione vilium personarum.*
 45. *De virginibus velandis.*
 46. *De oblatis pauperum.*
 47. *De jejniis à sacerdotibus constitutis.*
 48. *De his qui contra naturam peccant.*
 49. *De Presbyteris, quo tempore ordinentur.*
 50. *De sponsa alterius.*
 51. *De monachis & virginibus propositum non servantibus.*
 52. *De pace danda.*
 53. *De nominibus recitandis.*
 54. *De canonum institutis à Presbyteris non ignorandis.*
 55. *De Clericis alterius Episcopi.*
 56. *De servis alterius.*
 57. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
 58. *De viduis, ne velentur.*
- ITEM ALIA CAPITVLA.
59. *De fide catholica & primo præcepto legis.*
 60. *De pace & concordia servanda.*
 61. *De iudicibus.*
 62. *De perjuriis.*
 63. *De auguriis vel aliis maleficiis.*
 64. *De odio vel invidia. Et de avaritia vel concupiscentia.*
 65. *De homicidiis.*
 66. *De furtis & inijsiis connubiis & falsis testimoniiis.*
 67. *De honore parentum.*
 68. *De fide Presbyterorum ab Episcopis discutienda.*
 69. *De honore Ecclesie Dei.*
 70. *De ministris altaris Dei, & de schola.*
 71. *De voto monachorum, & de clericatu.*
 72. *De mensuris & ponderibus.*
 73. *De susceptione hospitum.*
 74. *De Abbatibus contra morem Ecclesie Dei facientibus.*
 75. *De Clericis qui se fingunt esse monachos.*
 76. *De pseudographiis & dabiis narrationibus.*

77. De mangonibus & nudis cum ferro.
78. De cantu Romano à monachis peragendo.
79. De operibus servilibus quæ diebus domi-

niciis non sunt agenda.
80. De prædicatione Episcoporum ac Presbyterorum.

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De his qui ab Episcopo proprio excommunicantur.

OMNIBVS.

Lib. 1. Capitular. c. 1.

I. S Vnt enim aliqui qui culpis exigentibus ab Episcopo proprio excommunicantur, & ab aliis ecclesiasticis vel laicis presumptiosè in communionem accipiuntur. quod omnino sanctum Nicænum Concilium, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense fieri prohibent.

Conc. Nic. can. 5.

De his qui excommunicantur, sive Clerici, sive laici, ab Episcopis per suas quasque parochias, seruetur ista sententia, ut ij qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiritur sanè, ne fortè pro aliqua indignatione animi aut contentione aut qualibet tali commotione stonachantis Episcopi abjecti sint. Vt ergo hæc digna possint examinatione perquiri, rectum esse visum est per singulos annos in singulis quibusque provinciis bis in anno Episcoporum Concilia fieri; ut simul omnes in unum convenientes ex universa provincia, ejusmodi examinent questiones; ut ita demum qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensam merito contraxerunt, dignè etiam à ceteris excommunicati similiter habeantur usquequo vel in commune omnibus vel ipsi Episcopo suo fuerit visum humaniorem circa eos tenere sententiam. Agantur autem Concilia, semel quidem ante dies quadragesimæ; ut omnibus, si quæ sunt, simulatibus amputatis, munda Deo solempne munus possit offerri. Secundò verò agatur circa autumnii tempus.

Conc. Antioch. can. 2.

Non autem liceat communicare excommunicatis, neque per domos ingredi, & cum eis orare qui Ecclesia non participant, neque in alteram Ecclesiam recipi qui ab alia segregantur. Quòd si visus fuerit quilibet Episcoporum vel Presbyterorum aut Diaconorum, vel etiam quis in canone detentus, excommunicatis communicare, & hunc oportet communiè privari, tamquam Ecclesie regulas confundentem.

Conc. Antioch. can. 6.

Si quis à proprio Episcopo excommunicatus est, non eum prius ab aliis debere suscipi nisi à suo fuerit receptus Episcopo, aut Concilio factò occurrat & respondeat. Et si synodo satisfecerit, & statuerit, sub alia sententia recipi oportere. Quòd etiam circa laicos & Presbyteros & Diaconos & omnes qui in clero sunt convenit observari.

Conc. Sar. dic. can. 14.

Hofius Episcopus dixit. Hoc quoque omnibus placeat, ut sive Presbyter, sive Diaconus, sive quis Clericorum, ab Episcopo suo communiè fuerit privatus, & ad alterum Episcopum perrexerit, & scierit is ad quem confugit eum ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quòd si fecerit, sciat se convocatis Episcopis causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit & concordiam custodiet.

De his qui ad ordinandum veniunt.

AD SACERDOTES.

II. Item enim habetur in eodem Concilio ut eorum qui ad ordinandum veniunt fides & vita prius ab Episcopo diligenter discutatur, & sic ordinentur.

Si qui sine examinatione provecti sunt Presbyteri, & examinati confessi sunt peccata sua, & cum confessi sunt, contra regulam venientes homines manus eis temerè imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia.

De Clericis fugitivis & peregrinis.

OMNIBVS.

III. Item in eodem Concilio, necnon & in Antiocheno, simul & in Chalcedonense, ut fugitivi Clerici & peregrini à nullo recipiantur nec ordinentur sine commendaticis literis & sui Episcopi vel Abbatis licentia.

Si qui sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Ecclesia sua, sive Presbyteri, sive Diaconi, sive in quocunque ordine ecclesiastico positi fuerint, hi nusquam suscipi debent in alia Ecclesia; sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad Ecclesias suas. Aut si permanserint, excommunicatos eos esse oportet. Si quis autem ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in suam Ecclesiam, cum non habeat consensum Episcopi illius à quo recessit Clericus suus, irrita sit hujusmodi ordinatio.

Conc. Nic. can. 9.

Conc. Nic. can. 16.

Ibid. can. 17.

Conc. Antioch. can. 3.

Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Clericus, deserta sua Ecclesia, ad aliam transcursum esse crediderit, & ibi paulatim tentat, quò migravit, perpetuo permanere, ulterius ministrare non debet, præsertim si ab Episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quòd si & post evocationem sui Episcopi non obaudiat, sed perseveraverit, omnibus modis ab officio deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere. Si quem verò post hanc culpam depositum alius Episcopus susceperit, & ipse à communi synodo penam merebitur increpationis, tamquam ecclesiastica jura dissolvens.

Con. Chal.
can. 13.

Peregrinos Clericos & Lectores in aliena civitate sine synodicalis litteris Episcopi sui penitus nusquam ministrare posse.

De Presbyteris, Diaconibus, vel his qui in clero sunt.

AD SOLOS SACERDOTES.

- I. 4. IV. Item in eadem synodo interdictum est Presbyteris & Diaconibus vel omnibus qui in clero sunt mulierem non habere in domo sua propter suspicionem, nisi matrem, aut sororem, vel eas tantum personas quae suspicionem effugiant.

Conc. Nic.
can. 3.

De suspectis vero omnimodis interdicunt sancta synodus neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque omnino ulli Clericorum habere secum mulierem extraneam; nisi forte mater sit, aut soror, aut avia. In his namque personis & harum similibus omnis suspicio declinatur. Qui autem praeter haec agit, periclitabitur de clero suo.

De usuris.

O M N I B V S.

- I. 5. V. Item in eodem Concilio, seu in decretis Papae Leonis, necnon & in canonibus qui dicuntur Apostolorum, sicut & in lege ipse Dominus praecipit, omnino omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare.

Conc. Nic.
can. 17.

Quoniam multi Clerici avaritiae causa turpia lucra sectantes, oblique divini praeccepti quod dicit, *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, feneratorum centesimas exigunt, statuit hoc sanctum Concilium ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frugum ad sexcuplum dare, omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad questum, abscondatur ex clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Can. apost.
44.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe damnetur.

De Presbyteris Missas cantantibus & non communicantibus.

AD SACERDOTES.

- I. 6. VI. Auditum est aliquos Presbyteros Missam celebrare & non communicare, quod omnino in canonibus Apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit, *Sumpsimus Domine sacramenta?* Haec vero per singula capitula in statutis Niceni Concilij legere potestis, seu & in aliis sanctorum patrum synodalibus edictis.

Si quis Episcopus aut Presbyter aut Diaconus vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicaverit, aut causam dicat, ut si rationalis fuerit, veniam consequatur, aut si non dixerit, communionem privetur, tamquam qui populo causa laesionis extiterit, dans suspensionem de eo qui sacrificavit quod recte non obtulerit.

De his qui a synodo vel a suo Episcopo damnati sunt.

O M N I B V S.

VII. In Antiocheno Concilio, quod his qui damnati sunt a synodo vel a suo Episcopo, & postea ministrare praesumunt, praecipitur ut nullus audeat communicare. Si quis vero eis communicaverit, simili sententiae subjaceat sicut & damnatus.

Si quis Episcopus a synodo, vel Presbyter vel Diaconus a proprio Episcopo fuerit exauctoratus, & praesumpserit sacri ministerij quippiam, non ei amplius liceat neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque assertionis alicujus locum, sed & communicantes ei, omnes abiciantur ab Ecclesia; & maxime si postquam cognoverunt sententiam adversus eum prolatam, ei contumaciter communicaverint.

De suffraganeis Episcopis.

E P I S C O P I S.

VIII. Item in eodem Concilio, ut ad metropolitanum Episcopum suffraganei respiciant, & nihil novi audeant facere in suis parrochiis sine conscientia & consilio sui Metropolitanus, nec Metropolitanus sine eorum consilio.

Per singulas provincias Episcopos constitutos scire oportet Episcopum metropolitanum, qui praesertim curam & sollicitudinem totius provinciae suscepisse. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent sine dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore praerere & nihil ultra sine ipso reliquos Episcopos agere secundum antiquam patrum nostrorum, quae obtinuit, regulam, nisi haec tantum quae uniuscujusque Ecclesiae per suam diocesim competunt. Vnumquemque enim Episcopum oportet potestatem habere suae diocesis ad hanc gubernandam secundum competentem sibi reverentiam, ad providendum regioni quae subest ipsius civitati, ita ut etiam ordinare ei Presbyteros & Diaconos probabili judicio liceat & de singulis moderatione & pondere disceptare, ultra autem nihil agendum permittitur citra metropolitani Episcopi conscientiam.

De Chorepiscopis.

S A C E R D O T I B V S.

IX. Item in eodem Concilio, simul & I. 7.

in Ancyronensi, ut Chorepiscopi cognoscant modum suum, & nihil faciant absque licentia Episcopi in cujus parochia habitant.

Conc. An-
tioch. can.
10. Qui in fundis & villis constituti sunt Chorepiscopi, tametsi manus impositiones ab Episcopo susceperunt, & ut Episcopi consecrati sunt, placuit sanctæ synodo scire eos oportere modum proprium retinere & gubernare adjacentes Ecclesias sibi commissas & esse contentos propria sollicitudine & gubernatione quam susceperunt. Constituitur autem his permittitur Lectores & Subdiaconos & Exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum gradum licentiam accepisse, non autem Presbyterum, non Diaconum audeant ordinare præter conscientiam Episcopi civitatis vel Ecclesie cui adjacent invenitur seu ipse seu regio in qua præesse dinoscitur. Quod si prævaricari ausus fuerit constituta, deponi eum & dignitate qua præditus est debere privari. Chorepiscopus autem ab Episcopo civitatis vel loci, cui adjacet, ordinandus est.

Conc. An-
cyr. can. 13. Vicariis Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos dicunt, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare; sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid jubere, vel sine auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

De Episcopo vel quibuslibet ex clero.

OMNI CLERO.

I. 10. X. Item in eodem Concilio, ut Episcopus vel quilibet ex Clero sine consilio vel litteris Episcoporum vel Metropolitanorum non audeant regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in communi Episcoporum Concilio causa examinetur.

Conc. An-
tioch. can.
11. Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium & litteras eorum Episcoporum qui sunt intra provinciam, & maxime Metropolitanorum, ad Imperatorem petrexit, hunc abdicari & eici non solum communionem debere, sed à propria dignitate privari, tamquam molestum & importunum imperialibus auribus, contra ecclesiastica constituta. Si autem necessitas cogat ad Imperatorem excurrere, cum deliberatione & consilio metropolitanorum ipsius provincie Episcopi & ceterorum conscientia qui in eadem provincia sunt & litteris ire debet.

De ordinationibus vel quibuslibet negotiis.

EPISCOPIS.

I. 11. XI. Item in eodem Concilio, simul & in Sardicensi, necnon & in decretalibus Innocentij Papæ, ut nullus Episcopus in alterius parochia ordinationes aliquas audeat facere vel negotia peragere quæ ad eum non pertinent.

Nullum Episcoporum debere ex alia provincia ad aliam transitum facere & ordinare aliquos in Ecclesiis aut provehere ad sacrum ministerium; nec alios illac sequi adtrahe Episcopos, nisi fortè rogatus per litteras abierit, non solum à Metropolitanò, sed ab his qui cum eo sunt provincie Episcopis. Quod si nullo invitante inordinatè superveniat, & aliquos vel ordinare præsumperit, vel quolibet actus illi Ecclesie competentes ad se minus pertinentes usurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ gesserit, ipse vero hujus indiscipline ausus & irrationabilis cepti dignas causas expendat, tamquam depositus à sancta synodo, & propter hujusmodi præsumptionem jam prædamnatus.

Conc. An-
tioch. can.
11.

Ianuarius Episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli liceat Episcopo alterius Episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare & in suis parochiis ordinare Universi dixerunt: Placet; quia ex his intentionibus solet nasci discordia. Et ideo prohibet omnium sententia ne quis hoc facere audeat.

Conc. Sard.
can. 18.

Innocentius Florentino Episcopo Tiburtinensi. Non semel sed aliquotiens clamat scriptura divina transferri non oportere terminos à patribus constitutos; quia nefas est si quod alter semper possiderit, alter invadat. Quod tuam boritatem frater & coepiscopus noster Ursus adierit perpetrasse. Nam Nomentanam sive Filicensem parochiam ad suam diocesim à majoribus pertinentem invasisse te atque illic divina celebrasse mysteria inconsulto eodem ac nesciente non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te culpam incurrisse cognoscas. Vnde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam, nostris litteris admonitum te convenit abstinere. Certè si aliquid tibi credis justitiae suffragari, integris omnibus & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles Paschæ adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere, partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat inquiramus.

Innocent.
Epist. 7.
Lett. 19 &
17.
Prov. 22.

De cura Episcoporum.

EPISCOPIS.

XII. Item in eodem Concilio, ut Episcopus ejus Ecclesie curam habeat ad quam ordinatus est.

Episcopum de dioceci ad alteram diocesim non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab Episcopis suadet. Manere autem eum debere in Ecclesia Dei quam ab initio sortitus est, & non ab ea aliò demigrare, secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam.

Conc. An-
tioch. can.
21.

De provincialibus Episcopis.

EPISCOPIS.

XIII. Item in eodem Concilio, necnon & in Chalcedonensi, ut provinciales Episcopi cum suo Metropolitanò bis in

anno propter causas Ecclesie Concilia celebrent.

Conc. Antioch. can. 20.

Propter ecclesiasticas curas & que existunt controversias dissolvendas sufficere visum est bis in anno per provincias singulas Episcoporum Concilium fieri. Primo quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta hebdomada que consequitur, id est, mediæ Pentecostes, Concilium compleatur. Admoneant autem provinciales Episcopos hi qui in amplioribus, id est, qui in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum verò Concilium Idibus Octobribus habeatur, qui dies apud Græcos hyperbeterai mensis decimus quintus invenitur. In ipsis autem Conciliis & Presbyteros & Diaconos præsentés esse oportet, & omnes quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos sine metropolitanorum Episcoporum conscientia synodos facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse iudicium.

Conc. Chal. can. 19.

Ad aures nostras pervenit quoniam in provinciis non sunt Episcoporum synodi secundum canonum constituta, & hinc multa rerum ecclesiasticarum que emendanda sunt negligi. Sancta igitur synodus constituit, secundum canones patrum, bis in anno Episcopos in idipsum in unaquaque provincia convenire quò Metropolitanus constituerit, & omnia quæcunque emerferint corrigere. Episcopi verò qui non convenerint, in propriis positi civitatibus, & non per professionem absentes, maximè suppeditante salute, & à necessariis & excusabilibus occupationibus liberi, fraternitatis intuitu corripiantur.

De monachis & Clericis.

EPISCOPI S.

I. 14. XIV. In Concilio Laudicensi necnon & in Africano præcipitur ut monachi & Clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi causa.

Conc. Lao-dic. can. 24.

Quoniam non oportet altario fervientes, à Presbyteris usque ad Diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros aut Lectores, aut Psaltas, aut Exorcistas, aut Ostiarios, aut etiam eos qui in proposito sunt continentie, tabernas introire.

Conc. Afric. can. 7.

Ut Clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

De die dominica, qualiter servanda est.

AD OMNES.

I. 15. XV. Item in eodem Concilio præcipitur ut à vespera usque ad vesperam dies dominica fervetur.

Conc. Lao-dic. can. 29.

Non oportet Christianos Iudaizare & in sabato vacare, sed operari eos in eadem die, Dominica verò, præponendo eandem diem, si hoc

eis placet, vacent tamquam Christiani. Quòd si inventi fuerint Iudaizare, anathema sint.

De ignotis angelorum nominibus.

OMNIBVS.

XVI. Item in eodem Concilio præcipitur ut ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, nisi illorum quos habemus in auctoritate. id sunt Michael, Gabriel, Raphael.

Quòd non oportet Christianos derelicta Ecclesia Dei abire & angelos nominare & congregatio- nes facere, que omnia interdita sunt. Quicun- que autem inventus fuerit occultè huic idololat- tæ vacans, anathema sit: quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola.

De mulieribus, ne ad altare accedant.

CLERICIS ET NONNANIS.

XVII. Item in eodem Concilio, quòd non oporteat mulieres ingredi ad altare.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

Conc. Lao- dic. can. 44.

De maleficis vel incantatoribus.

AD SACERDOTES.

XVIII. Item in eodem Concilio, ut I. 11. coclearij, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non sinantur.

Quoniam non oportet ministros altaris, vel Clericos, magos aut incantatores esse, aut facere que dicuntur phylacteria, que sunt magna obli- gamenta animarum. Hos autem qui talibus rebus utuntur, proici ab Ecclesia iustissimè.

De Episcopis, ubi non oporteat eos constitui.

OMNIBVS.

XIX. Item in eodem Concilio, necnon & in Sardicensi, quòd non oporteat in villulis vel in agris Episcopos constituere.

Non oportet in vicis & in villis Episcopum ordinarì, sed eos qui circumstant constitui. Hos autem qui hinc ordinati sunt nihil agere sine conscientia Episcopi civitatis. Similiter etiam Presbyter nihil sine præcepto Episcopi & consilio agat. Si enim subito aut vicus aliquis aut modica civitas, cui satis est unus Presbyter, voluerit sibi Episcopum ordinari, ut vilescat nomen Episcopi & auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere Episcopum nisi aut in his civitatibus que Episcopos habuerint, aut si qua talis aut tam populosa est que mereatur habere Episcopum. Hoc omnibus placet? Synodus respondit. Placet.

De libris canonicis.

SACERDOTIBVS.

I. 20. XX. Item in eodem Concilio, ut canonici libri tantum legantur in Ecclesia.

Conc. Lao-
dic. can.
59. Non oportet ab idiotis psalmos compositos & vulgares dici in Ecclesiis, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos novi & veteris testamenti. Quae autem oporteat legi & in auctoritatem recipi, haec sunt. Genesis mundi, Exodus Aegypti, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Iesu Nave, Iudices, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Ezechiel libri duo, liber psalmodum, C. L. Proverbia Salomonis, cantica canticorum, Ecclesiastes, Iob, Esther, Duodecim Prophetarum, id est, Osee, Amos, Iosel, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias. Item Isaia, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Novi testamenti, Evangelia quatuor, secundum Matthaeum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem. Actus Apostolorum. Catholicae epistolae, Petri II. Iacobi I. Iohannis III. Iudae I. Epistolae Pauli XI V. ad Romanos, ad Corinthios prima & secunda, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses prima & secunda, ad Timotheum II. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos.

De Episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.

CLERICIS ET MONACHIS.

I. 19. XXI. In Concilio Chalcedonensi, ut non oporteat Episcopum aut quemlibet ex clero per pecuniam ordinari: quia utriusque deponendi sunt, & qui ordinat, & qui ordinatur, necnon & qui mediator est inter eos. Item de eadem re in canonicis Apostolorum legitur, quam haeresim jam ipse princeps Apostolorum in Simone Mago terribiliter damnavit.

Conc.
Chalc. can.
2. Si quis Episcopus ordinationem pro pecunia fecerit, & vendiderit rem quae nisi gratia non adquiritur & sub pecunia ordinaverit Episcopus provinciam Episcopum sive Presbyterum vel Diaconum aut eorum quemquam qui in numero Clericorum continentur, aut accepta pecunia fecerit Oeconomum vel Defensorem vel Ostiarium vel quemcumque huiusmodi, pro turpitudine lucri, qui hoc facile probatur, sui gradus periculum sustinebit. Sed & is qui ordinatur, nihil ex ordinatione, quae pro negotiatione processit, utilitatis acquirat; sed fiat dignitatis vel rei quae ipsi pro pecunia commissa est alienus. Si quis autem his tam turpibus & nefariis lucris medius interfuisse videtur, & is, si quidem Clericus fuerit, degradetur; si vero laicus aut monachus, anathematizetur.

Can. apof.
10. Si quis Episcopus aut Presbyter aut Diaconus per pecuniam hanc obtinerit dignitatem, dejicia-

tur & ipse & ordinator ejus, & a communione modis omnibus abscidatur, sicut Simon Magus a Petro.

De monachis & Clericis & Presbyteris. Et de servis alterius non sollicitandis.

OMNIBVS.

XXII. Item in eodem Concilio infra I. 22. 23. dua capitula, necnon & in decretis Leonis Papae, ut nec monachi nec Clerici nec Presbyteri in secularia negotia transeant. Et ut servum alterius nullus sollicitet ad clericatum vel monachalem ordinem sine voluntate & licentia domini sui.

Item qui revera & manifeste solitariam vitam sectantur, honore competenti fungantur. Quoniam vero quidam sub praetextu habitus monachalis Ecclesias & conventus & res communes disturbant, civitates indiscrete circumeunt, & monasteria sibi constituere studentes, placuit nullum ullum aedificare debere neque monasterium constituere neque oratorium absque civitatis Episcopi voluntate. Monachos vero qui sunt per singulas civitates & provincias, Episcopis subditos esse, & quietem diligere, & jejuniis esse intentos & orationibus, & in illis locis observare in quibus seculo renuntiasse videntur. Nequaquam autem ecclesiasticis vel secularibus rebus communicare, nec importunitatem infre defertis propriis monasteriis, nisi forte quae sit fuerint propter causam necessariam a civitatis Episcopo. Sanè in monasteriis non esse suscipiendum servum ad monachum faciendum praeter proprii domini voluntatem. Qui vero hoc constitutum nostrum exceperit, cum a communione suspendi decreverimus, ne nomen Dei blasphemetur. Civitatis autem Episcopum oportet competentem providentiam monasteriis impendere.

Admittuntur passim ad ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij, tamquam servilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur. Et probari Deo posse creditur qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est; quod & sacrum ministerium talis consortij vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad illicita usurpationis temeritatem pertinet, jura solvantur. Ab his itaque, fratres carissimi, omnes vestrae provinciae abstineant sacerdotes. Et non tantum ab his, sed ab aliis etiam qui originali aut alicui conditioni obligati sunt volumus temperari; nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui divinae militiae fuerit adregendus; ut a castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

De stabilitate Episcoporum vel Clericorum, SACERDOTIBVS.

XXIII. Item in eodem Concilio infra I. 24.

dua capitula, necnon & in Sardicensi, ut nec Episcopus nec Clerici non transmigrantur de civitate in civitatem.

Conc. Chalc. can. 5. De Episcopis & Clericis qui se de civitate in civitatem transferunt placuit ut canones qui à sanctis patribus de his ipsis constituti sunt suam habeant firmitatem.

Conc. Sardic. can. 1. Hosius Episcopus dixit: Ut de civitate in civitatem quisquam si migraverit aut Episcopus aut Clericus, excommunicatus remaneat.

De Presbyteris non absolutè ordinandis.

OMNIBVS.

I. 25. XXXIV. Item in eadem synodo, ut nullus absolutè ordinetur & sine pronuntiatione & stabilitate loci ad quem ordinatur.

Conc. Chalc. can. 6. Nullam absolutè ordinari neque Presbyterum neque Diaconum, neque penitus quemquam eorum qui sunt in ecclesiastico ordine, nisi specialiter Ecclesia civitatis vel vici vel martyrii qui ordinandus est fuerit declaratus. Horum autem ordinationem huiusmodi, qui absolutè ordinantur, constituit sancta synodus inefficacem esse, & nullam posse ad ordinantis injuriam prevalere.

De proposito monachorum & Clericorum.

SACERDOTIBVS.

I. 26. XXXV. Item in eodem Concilio, ut Clerici & monachi in suo proposito & voto quod Deo promiserunt permaneant.

Conc. Chalc. can. 7. Qui semel sunt ordinati, aut qui monachi facti sunt, constituimus neque ad militiam neque ad secularem dignitatem venire. Cum verò hoc arripuerint, nisi penitentes ad hoc revertantur quod propter Deum elegerant, anathematizentur.

De monachis qui ad clericatum provehuntur.

OMNIBVS.

I. 27. XXXVI. Item in decretis Innocentij Papæ de eadem re, ut monachus, si ad clericatum provehatur, propositum monachicæ professionis non amittat.

Innoc. c. 27. De monachis qui diù morantes in monasteriis, postea ad clericatus ordinem perveniunt, non debere eos à priori proposito deviare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diù servavit, in meliori gradu positus amittere non debet; aut si corruptus, postea baptizatus, in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit: quia nec benedicti cum sponsa potest jam corruptus. Quæ forma servatur in Clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat ut quisque corruptus baptizatus Clericus esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

De negotio Clericorum inter se.

OMNIBVS.

XXVII. Item in eodem Concilio, ut si Clerici inter se negotium aliquod habuerint, à suo Episcopo dijudicentur, non à secularibus.

Si quis Clericus cum Clerico causam habeat, Episcopum suum non deserat, & ad judicia secularia currat; sed prius apud Episcopum suum examinet causam, aut certe cum voluntate ipsius Episcopi causa dicatur apud quos partes utraque voluerint. Si quis autem contra hæc venire tentaverit, canonicis interdiciis subiacet. Si verò Clericus habeat causam cum extraneo Episcopo, vel cum suo, apud synodum provincie causam dicat. Si autem Episcopus vel Clericus disceptationem habeat cum metropolitano Episcopo, aut ad dioeceseos primam sedem recurrat, aut ad eandem Constantinopolitanam, apud quam causa dicatur.

De conspiratione Clericorum vel monachorum.

OMNIBVS.

XXVIII. Item in eodem Concilio, ut nec Clerici nec monachi conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant.

Conjuracionis vel conspiracionis crimen etiam apud extrinsecas leges penitus amputatur: multo magis in Ecclesia Dei hoc ne fiat, oportet prohiberi. Igitur Clerici aut monachi, si inventi fuerint conjurati, aut per conjurationem calumniam machinantes Episcopis vel Clericis, proprium amittant gradum.

De accusatione laicorum contra Episcopos.

AD OMNES.

XXIX. Item in eodem Concilio, ut laici Episcopos aut Clericos non accusent, nisi prius eorum discutatur existimationis opinio.

Clericos vel laicos, qui accusant Episcopos vel Clericos, quomodocunque & sine judicio non suscipi ad accusandum debere, nisi prius eorum existimatio fuerit discussa.

De monasteriis Deo dicatis.

OMNIBVS.

XXX. Item in eodem Concilio, ut loca quæ semel Deo dedicata sunt ut monasteria sint, maneat perpetuò monasteria, nec possint ultra heri secularia habitacula.

Quæ Deo semel sacra sunt monasteria secundum Episcoporum consensum, oportet in perpetuum monasteria nuncupari, & eorum res monasteriis reservari, & non posse ulterius cœnacula secularia

secularia fieri. Si qui verò hæc fieri permiserint, canonicis interdicitis subjaceant.

De fide sancte Trinitatis predicanda.

O M N I B V S.

I. 32. XXXI. In Concilio Carthaginensi. Primò omnium necesse est ut fides sanctæ Trinitatis & incarnationis Christi, passionis, resurrectionis, & ascensionis in cælos diligenter omnibus prædicetur.

Anno ab Alexandro M X X X V I. mense Junio, x i v. Kalendas Iulij, à magna synodo dictum est. Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non creatum, hominibus patri, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terris. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt *Erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis extrantibus factus est, aut ex alia substantia vel substantia dicunt esse, aut convertibilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.*

De avaritia.

O M N I B V S.

I. 33. XXXII. Item in eodem, de prohibenda avaritia, ut nullus alienos fines usurper, vel terminos patrum transcendat.

Aurelius Episcopus dixit: Avaritiæ cupiditas, quam omnium malorum matrem esse nemo qui dubitet, proinde inhibenda est, ne quis alienos fines usurper, aut per præmium terminos patrum statutos transcendat, nec omnino cuiquam Clericorum liceat de qualibet re tenus accipere. Quamquam novellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ à nobis formam accipiunt; ceterum de quibus apertissimè scriptura divina sanxit, non ferenda sententia est, sed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in Clericis prædamnari.

De his qui se convertunt ad Deum.

O M N I B V S.

I. 34. XXXIII. Item in eodem, de his qui in periculo constituti sunt, & convertunt se ad Deum, ut canonicè inquirant reconciliationem, & canonicè reconcilientur.

Aurelius Episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari divinis Tom. I.

altaribus petierit, etsi Episcopus absens fuerit, debet utique Presbyter consulere Episcopum, & sic periculantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis Episcopis dictum est. Placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

De his qui non sunt bonæ conversationis.

O M N I B V S.

XXXIV. Item in eodem, ut illi qui non sunt bonæ conversationis, & eorum vita est accusabilis, non audeant Episcopos vel majores natu accusare.

Aurelius Episcopus dixit: Placet igitur caritati vestræ ut is qui aliquibus sceleribus inretitus est, vocem adversus majorem natu non habeat accusandi? Ab universis Episcopis dictum est: Si criminofus est, non admittatur. Placet.

De his qui excommunicato communicaverint.

O M N I B V S.

XXXV. Item in eodem, ut qui excommunicato præsumptiosè communicaverit, excommunicetur & ipse.

Augustinus Episcopus Legatus provincie Numidiæ dixit: Hoc statuere dignamini, ut si qui forte merito facinorosum suorum ab Ecclesia pulsus sunt, & sive ab aliquo Episcopo vel Presbytero fuerint in communionem suscepti, etiam ipsi pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens sui Episcopi regulare iudicium. Ab universis Episcopis dictum est: Omnibus placet.

De subjectione Presbyterorum.

S A C E R D O T I B V S.

XXXVI. Item in eodem Concilio infra duo capitula, ut nullus Presbyter contra suum Episcopum superbire audeat.

Alypius Episcopus Legatus provincie Numidiæ dixit: Nec illud prætermittendum est, ut si quis forte Presbyter ab Episcopo suo correptus, timore vel superbia inflatus, putaverit separatim sacrificia deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem vel disciplinam crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis provincie Numidiæ dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt quæ frater noster Alypius persecutus est. Proinde quid videatur vestræ dilectioni, edicite. Ab universis Episcopis dictum est: Si quis Presbyter à præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conquiri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus læcerendum se ab Episcopi sui communionem duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obulerit, anathema habeatur, & locum amittat, ac si querimoniam

P

justam adversus Episcopum non habuerit, inquirendum erit.

Can. apol.
22.

Si quis Presbyter, contemnens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud crexerit, nihil habens quo reprehendat Episcopum in causa pietatis & justitiae, deponatur, quasi principatus amator existens. est enim tyrannus. Et ceteri Clerici, quicumque tali consentiant, deponantur. Laici verò segregentur. Haec autem post unam & secundam & tertiam Episcopi obsecrationem fieri conveniat.

De Clericis ecclesiastici ordinis.

OMNIBVS.

- I. 48. XXXVII. Item in eodem, ut Clerici ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos judicentur, non apud seculares.

Conc.
Carrh. can.
17.
11. q. 1. Pla.
caus ut quis-
quis.

Item placuit ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cum in Ecclesia ei fuerit crimen institutum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili verò perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, ut à quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obfit quorum fuerit soluta sententia, si convinci non poterint vel inimico animo iudicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati. Sane si ex consensu partium electi fuerint iudices, etiam à pauciori numero quam constitutum est, non liceat provocare. Et ut filij sacerdotum spectacula secularia non exhibeant, sed nec expectent; licet hoc semper Christianis omnibus interdicitum sit, ut ubi blasphemiae sunt, non accedant.

Vt Clerici non sint usurarij.

OMNIBVS.

XXXVIII. Item in eodem, ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat. Si speciem aliam, eandem speciem quam dederit accipiat.

Conc.
Carrh. can.
16.

Item placuit ut Clericus, si commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; si speciem, eandem speciem, quantum dederit, accipiat. Et ut ante viginti quinque annos aetatis nec Diaconi ordinentur nec virgines consecrentur: & ut Lectores populum non saluent.

De virginibus Deo dicatis.

OMNIBVS.

- I. 39. XXXIX. In Concilio Africano praecipitur ut virginibus Deo sacratae à graviore personis diligenti custodia serventur.

Conc.
Afric. can.
11.

Vt virginibus sacrae, cum parentibus, à quibus custodiebantur, privatae fuerint, ab Episcopo

custodiantur. Vbi autem Episcopus absens est, providentia gravioribus feminis commendentur; ut simul habitantes invicem se custodiant; ne passim vagando, Ecclesiae ledant existimationem.

De principali cathedra Episcoporum.

EPISCOPIS.

X L. Item in eodem, ut non liceat Episcopo principalem cathedram suae parochiae negligere, & aliquam Ecclesiam in sua dioecesi magis frequentare.

Rursum placuit ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam Ecclesiam in dioecesi constitutam se conferre, vel in re propria divitiis quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriae cathedrae negligere.

De falsis nominibus sanctorum.

EPISCOPIS.

XLI. Item in eodem, ut falsa nomina martyrum & incertae sanctorum memoriae non venerentur.

Item placuit ut altaria quae passim per agros & per vias tamquam memoriae martyrum constituntur, in quibus nullum corpus aut reliquiae martyrum condite probantur, ab Episcopis qui locis eisdem praesent, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent; ut qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi corpus aut aliqua reliquiae sunt, aut origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur. Nam quae per somnia & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicunque constituantur altaria, omnimodo reprobentur.

De uxore à viro dimissa.

OMNIBVS.

XLII. Item in eodem, ut nec uxor à viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

Placuit ut secundum evangelicam & apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjugatur; sed ita maneant, aut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

De iudicibus à Metropolitano probatis.

EPISCOPIS.

XLIII. Item in eodem, ut probati à Metropolitano iudices non spernantur.

A iudicibus autem quos communis consensus elegerit non liceat provocare. Et quisquis proba-

rus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

De accusatione vilium personarum.

OMNIBVS.

I. 44. XLIV. Item in eodem infra duo capitula, ut viles personæ non habeant potestatem accusandi. Et si in primo crimine victi sunt falsum dicere, in secundo non habeant potestatem dicendi.

Conc. Afric. can. 56. Item placuit ut omnes serui vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, omnes etiam infamiae maculis affecti, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ, hæretici etiam, siue pagani, siue Iudæi. Sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentiam non denegandam.

Conc. Afric. can. 97. Item placuit, quotiescunque Clericis ab actoribus multa crimina obijciuntur, & unum ex ipsis, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera jam non admittatur.

De virginibus velandis.

OMNIBVS.

I. 45. XLV. Item in eodem ut virgines non velentur ante viginti quinque annos, nisi rationabili necessitate cogente.

Conc. Afric. can. 93. Item placuit ut quicumque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitie virginis, cum vel peccator potens vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei ob sit Concilium quod de isto annorum numero constitutum est.

De oblata pauperum.

OMNIBVS.

I. 46. XLVI. In Concilio Gangrensi, ut nulli liceat oblata, quæ ad pauperes pertinent, rapere vel fraudare.

Conc. Gangr. can. 7. Si quis oblationes fructuum Ecclesie debitas voluerit extra Ecclesiam accipere vel dare præter conscientiam Episcopi, & non magis cum consilio ejus cui hæc credita sunt de his agendum putaverit, anathema sit.

De jejuniis à sacerdotibus constitutis.

OMNIBVS.

I. 47. XLVII. Item in eodem, ut ecclesiastica à sacerdotibus jejunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

Si quis eorum qui in proposito sunt continen-
 Tom. I.

tia præter necessitatem corporalem superbiat, & jejunia communia, quæ totius Ecclesie traditio celebrat, putaverit dissolvenda, per se sciantiam esse apud se judicans, anathema sit.

De his qui contra naturam peccant.

SACERDOTIBVS.

XLVIII. In Concilio Ancyronensi invecum est in eos qui cum quadrupedibus vel masculis contra naturam peccant, dura & districta penitentia. Quapropter Episcopi & Presbyteri, à quibus judicium penitentia injungitur, conentur omnimodis hoc malum à consuetudine prohibere vel abscondere.

In titulo Græca verba hæc sunt: *Ὁὐκ εἰς ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εἰς ζῴων, quæ nos Latine possumus dicere. De his qui irrationabiliter versati sunt siue versantur.* Sensus autem in hac sententia triplex esse potest, qui ex subjectis conicitur, aut de his qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecudum incesta cum consanguineis commiserunt, aut cum masculis concubuerunt. Quotquot igitur ante vice simum ætatis suæ annum tale crimen admiserunt, quindecim annis in penitentia exactis, orationi tantum incipiant participari, & quinquennio altero in communionem simplici perdurantes, post vice simum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem & vita eorum quæ fuerit tempore penitentia, & ita hanc humanitatem consequantur. Quod si qui perseverantibus abusi sunt hoc crimine, prolixius tempus habeant submissioni. Quotquot verò exacta viginti annorum ætate, & uxores habentes, in hoc crimen inciderunt, viginti quinque annis penitentia acta, ad communionem orationum tantum admittantur, in qua communionem orationis altero quinquennio perdurantes, plenam communionem cum oblatione recipiant. Quod si aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquagesimum ætatis suæ annum, in hoc prolapsi sunt, ad exitum vite tantum communionem mereantur.

De Presbyteris, quo tempore ordinentur.

EPISCOPIS.

XLIX. In Concilio Neocæsariensi, ut nullatenus Presbyter ordinetur ante tricesimum ætatis suæ annum, quia Dominus noster Iesus Christus non prædicavit ante tricesimum annum.

Presbyter ante triginta annorum ætatem, quamvis sit dignus, non ordinetur; sed observet usque ad præfixum tempus. Dominus enim tricesimo anno baptizatus est, & tunc prædicavit.

De sponsa alterius.

OMNIBVS.

L. In decretalibus Siricij Papæ, ut alterius sponsam nemo accipiat.

P ij

Siriæ. c. 4.

De conjugali violatione requisisti, si desponsatam alij puellam alter in matrimonio possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio, quam nuptæ sacerdos imponit apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si ulla transgressione violetur.

De monachis & virginibus propositam non servantibus.

EPISCOPIS, MONACHIS, ET VIRGINIBVS.

L. I. Item ejusdem, ut monachi & virgines suum propositum omnimodis observent.

Siriæ. c. 6.

Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam proteritatis demeritis esse lasciviam ut prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint, postea vero in abruptum conscientie desperatione perducti, de illicitis complexibus liberi filios procreant, quod & publice leges & ecclesiastica jura condemnant. Has igitur impudicas detestabilesque personas à monasteriorum cœtu Ecclesiasticisque conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retruse in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione descentes, purgatorio possint penitentiæ igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordie intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

De pace danda.

OMNIBVS.

I. 50.

L. II. In decretalibus Innocentij Papæ, ut pax detur ab omnibus consecratis Christi sacramentis.

Innoc. c. 1.

De consecr.
dist. 2. Pa-
cem igitur.

Pacem igitur asseris ante consecrta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur atque in Ecclesia celebrantur præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrantur.

De nominibus recitandis.

SACERDOTIBVS.

I. 51.

L. III. Item ejusdem, ut nomina publicè non recitentur ante precem sacerdotalem.

Innoc. c. 2.

De consecr.
dist. 1. De
nominibus.

De nominibus verò recitandis antequam precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis; ut cujus hostiam needum Deo offeras, ejus nomen ante insinues, quamvis incognitum illi nihil sit. Prius ergo oblationes sunt commendandæ; ac tunc eorum nomina quorum oblationes sunt edicenda; ut inter sacra mysteria

nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

De canonum institutis à Presbyteris non ignorandis.

EPISCOPIS ET SACERDOTIBVS.

L. IV. In decretis Celestini Papæ, ut I. 53. nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta.

Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit regalis obviare. Quæ enim à nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permilla, frangatur.

De Clericis alterius Episcopi.

EPISCOPIS.

L. V. In decretis Leonis Papæ, sicut I. 54. & in Sardicenses Concilio, ut Episcopus alterius Clericum ad se non sollicitet, nec ordinet.

Alienum Clericum, invito Episcopo ipsius nemo suscipiat, nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis injuriæ reus est qui de fratris Ecclesia id quod est utilis aut pretiosius audet vel allucere vel tenere. Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam Clericum ad Ecclesiam suam Metropolitanam redire compellat. Si autem longius recessit, nisi præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur.

De servis alterius.

EPISCOPIS.

L. VI. Item ejusdem, ut nullus Episcopus servum alterius ad clericatus officium sine domini sui voluntate promovere præsumat. Et hoc Gangrense Concilium prohibet.

Si quis servum occasione religionis doceat dominum suum contemnere & ejus ministerium deserere, ac non potius docuerit cum domino suo bona fide & cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

De sacerdotibus contra decretalia agentibus.

EPISCOPIS.

L. VII. Item ejusdem, ut si quis sacerdotum contra constituta decretalia presumptiosè agat, & corrigi nolens, ab officio suo submoveatur.

Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis fratrum contra hæc constituta venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, à suo se noverit officio submovendum, nec communi-

nis nostræ futurum esse confortem qui socius esse non voluit disciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermittam à nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentij quam omnium decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri debere mandamus ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.

De viduis, ne vellentur.

EPISCOPIS.

I. 17. LVIII. In decretis Gelasij Papæ, ut nullus Episcopus viduas velare præsumat.

Gelasius c. 33. Viduas autem velare Pontificum nullas attinet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum; eisque sic ecclesiastica sunt inferenda præsidia ut nihil committatur illicitum.

ITEM ALIA CAPITVLA.

Hæc enim, dilectissimi, pio studio & magna dilectionis intentione vestram unanimitatem admonere studuimus, quæ magis necessaria videbantur, ut sanctorum patrum canonicis institutis inhaerentes præmia cum illis æternæ felicitatis accipere mereamini. Scit namque prudentia vestra quam terribili anathematis censura feriantur qui præsumptiosè contra statuta universalium Conciliorum venire audent. Quapropter & vos diligentius admonemus ut omni intentione illud horribile execrationis iudicium vobis cavere studeatis, & magis canonica instituta sequentes, & pacifica unitate nitentes, ad æterna pacis gaudia venire digni efficiamini. Sunt quoque alia capitula quæ vobis utilia huic præcedenti admonitioni subungere visa sunt.

De fide catholica & primo præcepto legis.

OMNIBVS.

I. 18. LIX. Primò omnium admonemus ut fides catholica ab Episcopis & Presbyteris diligenter legatur & omni populo prædicetur: quia hoc primum præceptum est Deut. 6. Domini Dei omnipotentis in lege: *Audi Israël, quia Dominus Deus tuus Deus unus est.* Et ut ille diligat ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute nostra.

De pace & concordia servanda.

OMNIBVS.

I. 19. LX. Ut pax sit & concordia & una-

nimitas cum omni populo Christiano, inter Episcopos, Abbates, Comites, Iudices, & omnes ubique seu majores seu minores personas: quia nihil Deo sine pace placet, nec munus sanctæ oblationis ad altare, sicut in evangelio ipso Domino præcipiente Math. 5. te legimus: quia & illud secundum mandatum est in lege: *Diliges proximum tuum* Levit. 19. *sicut te ipsum.* Item in evangelio: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Et iterum: *In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim præcepto discernuntur filij Dei & filij diaboli: quia filij diaboli semper dissensiones & discordias movere satagunt; filij autem Dei semper paci & dilectioni student.

De iudicibus.

OMNIBVS.

LXI. Ut quibus data est potestas iudicandi justè judicent, sicut scriptum est: *Iuste iudicate filij hominum.* Non in muneribus, quia munera excæcant corda prudentium, & subvertunt verba justorum. Non in adulatione, nec in consideratione personæ, sicut in Deuteronomio dictum est: *Quod iustum est iudicate. Sirve civis sit ille, sive peregrinus, nulla sit distantia personarum, quia Dei iudicium est.* Primum namque iudici diligenter discenda est lex à sapientibus populo composita; ne per ignorantiam à via veritatis erret. Et dum ille rectum intelligit iudicium, caveat ne declinet, aut per adulationem aliquorum, aut per amorem cuiuslibet amici, aut per timorem alicujus potentis, aut propter præmium, à recto iudicio. Rectum autem & honestum videtur ut iudices jejuni causas audiant & discernant.

De perjuriis.

OMNIBVS.

LXII. Item habemus in lege Domini præcipiente. *Non perjurabis in nomine meo, nec polluas nomen Dei tui, neque assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Ideo omnino admonendi sunt omnes diligenter ut caveant perjuriis, non solum in sancto evangelio, vel in altari, seu in sanctorum reliquiis, sed & in communi loquela: quia sunt aliqui qui per caritatem & veritatem jurant, & cavent se à juramento nominis Dei, & nesciunt quòd idem est Deus quod caritas & veritas, dicente

1. Iohan. 4. Iohanne Apostolo, quia *Deus caritas est*.
Iohan. 14. Item ipse Dominus in evangelio: *Ego sum*
via & veritas. Ideo qui in veritate & caritate jurat, in Deo jurat. Item cavendum est ne Pharisæica superstitione aliquis plus aurum honoret quam altare, ne dicat ei
Marth. 23. Dominus: *Stulte, & quid est majus, aurum an altare quod sanctificat aurum?* Sed & nobis honestum videtur ut qui in sanctis habet jurare, hoc jejunos faciat, cum omni honore & timore Dei. Et sciat se rationem redditurum Deo unusquisque vestrum, ubicunque sit, sive intra Ecclesiam, sive extra Ecclesiam. Et ut parvuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur jurare, sicut Gunebodigni faciunt. Et qui semel perjurus fuerit, nec testis sit posthæc, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa vel alterius jurato exilat.

De auguriis vel aliis maleficiis.

OMNIBVS.

I. 62. LXIII. Item habemus in lege Domini mandatum, *Non auguriamini*. & in Deuteronomio: *Nemo sit qui ariolos sciscitetur, vel somnia obseruet, vel ad auguria intendat*. Item: *Nemo sit maleficus, nec incantator, nec Pythonis consultor*. Ideo præcipimus ut nec cauculatores & incantatores nec tempestarij vel obligatores non fiant, & ubicunque sunt, emendentur, vel damnentur. Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria vel alias obseruationes faciunt, omnino mandamus ut iste pessimus usus & Deo execrabilis, ubicunque invenitur, tollatur & destruat.

De odio vel invidia. Et de avaritia vel concupiscentia.

OMNIBVS.

I. 63. 64. LXIV. Prædicare necesse est quantum malum sit odium vel invidia, quia in lege scriptum est: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eam*. Item Iohannes Evangelista: *Qui odit fratrem suum, homicida est*. Item in evangelio: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eam inter te & ipsam solam*. & cetera quæ ibi leguntur. De avaritia autem Apostolum legimus dicentem: *Avaritia, quæ est idolorum servitus*, cavenda est. De concupiscentia verò legitur quòd radix sit om-

nium malorum. Et in lege: *Non concupisces rem proximi tui*.

De homicidiis.

OMNIBVS.

LXV. Item ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causa ultionis nec avaritiæ nec latrocinandi non fiant. Et ubicunque inventa fuerint, à iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur. Et non occidatur homo nisi lege jubente.

De furtis & iniustus conubiis & falsis testimoniis.

OMNIBVS.

LXVI. Item & furta & injusta conubia necnon & falsa testimonia, sicut sæpe rogavimus, prohibere diligenter, sicut & lex Domini prohibet.

De honore parentum.

OMNIBVS.

LXVII. Et hoc cum magno studio admonendum est, ut filij honorent parentes suos: quia ipse Dominus dicit: *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi*.

De fide Presbyterorum ab Episcopis discutenda.

SACERDOTIBVS.

LXVIII. Vt Episcopi diligenter discutiant per suas parochias Presbyteros, eorum fidem, baptismum, & Missarum celebrationes, ut fidem rectam teneant, & baptismum catholicum observent, & Missarum preces bene intelligant, & ut psalmi dignè secundum divisiones versuum modulentur, & dominicam orationem ipsi intelligant & omnibus prædicent intelligendam, ut quisque sciat quid petat à Deo. & ut Gloria patri cum omni honore apud omnes cantetur. & ipse sacerdos cum sanctis angelis & populo Dei communi voce Sanctus, Sanctus, Sanctus decantet. Et omnimodis dicendum est Presbyteris & Diaconibus ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei quam in armis.

¶

De honore Ecclesie Dei.

ALIQUID SACERDOTIBVS.

ALIQUID OMNIBVS.

- I. 67. LXIX. Item placuit nobis admonere reverentiam vestram ut unusquisque vestrum videat per suam parochiam ut Ecclesia Dei suam habeat honorem, simul & altaria secundum suam dignitatem venerentur, & non sit domus Dei & altaria sacrata pervia canibus, & ut vasa sacrata Deo cum magna veneratione habeantur, & ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt, vel cum honore servantur, & ut secularia negotia vel vaniloquia in Ecclesiis non agantur, quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum, & ut intentos habeant animos ad Deum quando veniunt ad Missarum solemniam, & ut non exeant ante completionem benedictionis sacerdotalis.

De ministris altaris Dei, & de schola.

SACERDOTIBVS.

- I. 68. LXX. Sed & hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, seu & alij Canonici observantia ordinis, vel monachi proposito consecrationis, obsecramus ut bonam & probabilem vitam & conversationem habeant, sicut ipse Dominus in evangelio precipit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est;* ut eorum bona conversatione multi pertrahantur ad servitium Dei. Et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios adgregent sibi que faciant. Et ut scholae legentium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopia discant. Sed & libros catholicos bene emendatos habeant: quia soepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non finite eos vel legendo vel scribendo corrumpere. Et si opus est evangelium vel psalterium & Missale scribere, perfectæ ætatis homines scribant cum omni diligentia.

De voto monachorum, & de clericatu.

SACERDOTIBVS.

- I. 69. LXXI. Simul & hoc rogare curavi-

mus, ut omnes ubique qui se voto monachicæ vitæ constrinxerunt, monachicè & regulariter omnimodis secundum votum suum vivant, secundum quod scriptum est: *Vota vestra reddite Domino Deo vestro.* Et iterum: *Melius est non vivere quam vivere & non reddere.* Et ut ad monasteria venientes, secundum regularem ordinem primò in pulsatorio probentur, & sic recipiantur. Et qui ex seculari habitu in monasteria veniunt, non statim foras ad ministeria monasterij mittantur antequam intus bene erudiantur. Et ut monachi ad secularia placita non vadant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonicè secundum suam regulam omnimodis vivant, & Episcopus eorum regat vitam, sicut Abba monachorum.

De mensuris & ponderibus.

OMNIBVS.

LXXII. Ut æquales mensuras & re- III. 90.
ctas pondera iusta & æqualia omnes ha- V. I. 378.
beant, sive in civitatibus, sive in monaste-
riis, sive ad dandum in illis, sive ad acci-
piendum, sicut in lege Domini præcep-
tum habemus. Item in Salomone, Domi- Levit. 19.
no dicente: *Pondus & pondus, mensuram* Prov. 20.
& mensuram odit anima mea.

De susceptione hospitum.

OMNIBVS.

LXXIII. Et hoc nobis competens & I. 70.
venerabile videtur, ut hospites, peregrini,
& pauperes, susceptiones regulares & ca-
nonicas per loca diversa habeant: quia
ipse Dominus dicturus erit in remunera-
tione magni diei: *Hospes eram, & suscepi-* March. 25.
stis me. Et Apostolus hospitalitatem lau-
dans dixit: *Per hanc quidam placuerunt* Hebr. 13.
Deo, angelis hospitio susceptis.

De Abbatibus contra morem Ecclesie Dei facientibus.

EPISCOPIS ET ABBATIBVS.

LXXIV. Auditum est aliquas Abba- I. 71.
tissas contra morem sanctæ Dei Ecclesie
benedictiones cum manus impositione &
signaculo sanctæ crucis super capita viro-
rum dare, necnon & velare virgines cum
benedictione sacerdotali. Quod omnino
à vobis, sanctissimi patres, in vestris pa-
rochiis illis interdicendum esse scitote.

De Clericis qui se fingunt esse monachos.

CLERICIS.

1. 72. LXXV. Ut illi Clerici qui se fingunt habitu vel nomine monachos esse, & non sunt, omnimodis videtur corrigendos atque emendandos esse, ut vel veri monachi sint, vel veri Canonici.

De pseudographiis & dubiis narrationibus.

OMNIBVS.

1. 73. LXXVI. Item & pseudographiæ & dubiæ narrationes, vel quæ omnino contra fidem catholicam sunt, ut epistola pessima & falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem alios mittentes quod de cælo cecidisset, nec credantur nec legantur, sed comburantur, ne in errorem per talia scripta populus mittatur. Sed soli canonici libri & catholici tractatus & sanctorum auctorum dicta legantur & tradantur.

De mangonibus & nudis cum ferro.

ALIQUID SACERDOTIBVS,

ALIQUID OMNIBVS.

- App. I. 34.
VL. 379. LXXVII. Item ut isti mangones & cottiones qui sine omni lege vagabundi vadunt, per istam terram non sinantur vagari & deceptiones hominibus agere. Nec isti nudi cum ferro, qui dicunt se data sibi penitentia ire vagantes. Melius videtur ut si aliquid inconstitutum & capitale crimen commiserint, ut in uno loco permanentes laborantes & seruiantes & penitentiam agentes secundum quod sibi canonicè impositum sit.

De cantu Romano à monachis peragendo.

OMNIBVS CLERICIS.

4. 74. LXXVIII. Monachi ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant secundum quod beate memorie genitor noster Pippinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unitatem apostolicæ sedis & sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.

De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda.

OMNIBVS.

1. 75. LXXIX. Statuimus quoque, secundum

dum quod & in lege Dominus præcepit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut & bonæ memoriæ genitor meus in suis synodalibus edictis mandavit, quod nec viri ruralia opera exercent, id est, nec in vinea colenda, nec in campis arando, nec in metendo, vel fœnum secando, vel sepe ponendo, nec in sylvis stirpare, vel arbores cadere, vel in petris laborare, nec domos construere, nec in horto laborent, nec ad placita conveniant, nec venationes exercent. Et tria carraria opera licet fieri in die dominico, id est, hostilia carra, vel victualia, vel si forte necesse erit corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum. Item femine opera textilia non faciant, nec capulent vestitus, nec confuant, vel acupicibile faciant: nec lanam carpere, nec lignum battere, nec in publico vestimenta lavare, nec herbices tondere habeant licitum, ut omnimodis honor & requies dici dominici fervetur. Sed & ad Missarum solemniam ad Ecclesiam undique conveniant, & laudent Deum in omnibus bonis quæ nobis in illo die fecit.

De prædicatione Episcoporum & Presbyterorum.

OMNIBVS.

LXXX. Sed & vestrum videndum est, I. 76. dilectissimi & venerabiles pastores & rectores Ecclesiarum Dei, ut Presbyteri quos mittitis per parrochias vestras ad regendum & ad prædicandum per Ecclesias populum Deo servientem ut rectè & honestè prædicent, & non finatis nova & non canonica aliquos ex suo sensu & non secundum scripturas sacras fingere & prædicare populo. Sed & vosmetipsi utilia honestè & rectè & quæ ad vitam ducunt æternam prædicare, aliisque instruite ut hæc eadem prædicent.

Primò omnium prædicandum est omnibus generaliter ut credant Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, qui creavit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & unam esse deitatem, substantiam, & majestatem in tribus personis Patris & Filij & Spiritus sancti.

Item prædicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto & ex Maria semper virgine pro salute & reparatione humani generis, passus, sepultus, & tertia

& tertia die resurrexit & ascendit in celos, & quomodo iterum venturus sit in maiestate divina iudicare omnes homines secundum merita propria, & quomodo impij propter scelera sua cum diabolo in ignem aeternum mittentur, & iusti cum Christo & cum sanctis angelis suis in vitam aeternam.

Item diligenter predicandum est de resurrectione mortuorum, ut sciant & credant in iisdem corporibus premia meritorum accepturos.

Item cum omni diligentia cunctis predicandum est pro quibus criminibus deputentur cum diabolo in aeternum supplicium. Legimus enim Apostolo dicente: *Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulaciones, animositates, ira, rixa, dissensiones, haereses, sectae, invidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia: quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur.* Ideo haec eadem quae magnus praedicator Ecclesiae Dei singillatim nominavit, cum omni studio prohibeantur, intelligentes quam sit terribile illud quod dixit:

quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Sed & omni instantia admonete eos de dilectione Dei & proximi, de fide & spe in Deo, de humilitate & patientia, de castitate & continentia, de benignitate & misericordia, de eleemosynis & confessione peccatorum suorum, & ut debitoribus suis secundum orationem dominicam debita sua dimittant. Scientes certissime quod qui talia agunt, regnum Dei possidebunt.

Et hoc ideo diligentius injungimus vestrae caritati quia scimus temporibus novissimis pseudodoctores esse venturos, sicut ipse Dominus in evangelio praedixit, & Apostolus Paulus ad Timotheum testatur. Ideo, dilectissimi, toto corde praeparemus nos in scientia veritatis, ut possimus contradicentibus veritati resistere, & divina donante gratia verbum Dei crescat & currat & multiplicetur in profectum sanctae Dei Ecclesiae & salutem animarum vestrarum & laudem & gloriam nominis Domini nostri Iesu Christi. Pax praedicatoribus, gratia obedientibus, gloria Domino nostro Iesu Christo.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXIX. Indictione XII. anno XXI. regni nostri actum est huius legationis edictum in Aquisgrani palatio publico. Data est haec charta die X. Kalendas Apriles.

CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCLXXXIX.

I. **D**E monachis gyrovagis & sara-
baitis.

II. De anachoretis, melius est ut hortentur in congregatione permanere quam animus eorum aliubi ambulare tentet.

III. Ut non parvipendentes sint pastores animarum sibi commissarum, nec maiorem curam habeant de lucris terrenis quam de animabus sibi commissis.

IV. De obedientia quae Abbati debet exhiberi, & ut absque murmuratione fiat.

V. De Decanis & Praepositis, ut eorum mutatio secundum regulam fiat.

VI. De cellarariis monasterij, ut non avari mittantur, sed tales quales regula praecipit.

Tom. I.

VII. Ut ubi corpora sanctorum requiescunt, aliud oratorium habeatur ubi fratres secretè possint orare.

VIII. De eulogiis.

IX. De susceptione hospitem, sicut regula continet.

X. De vestimentis monachorum, ubi superfluum est, abscidatur; & ubi minus, augeatur.

XI. De noviter venientibus ad conversionem, ut secundum regulam probentur, & non antea suscipiantur nisi sicut regula jubet. Et nullus cogatur invitè reprobiter. Et de obedientia & de stabilitate permanendi, sicut regula habet.

XII. De filiis nobilium qui offeruntur,

Q

XIII. De ordinando Abbate.
XIV. De fratribus in via directis.
XV. Vt nullus Abbas pro susceptione monachi premium non querat.

XVI. Vt disciplina monachis regularis imponatur, non secularis, id est, non orbentur, nec mancationes alias habeant, nisi ex auctoritate regulae.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCLXXXIX.

VT Comites pupillorum & orphanorum causas primùm audiunt. Et in venationem non vadant illo die quando placitum debent custodire, nec ad pastum.

II. De sacramento fidelitatis causa quod nobis & filiis nostris jurare debent, quod his verbis contestari debet. *Sic promitto ego ille partibus Domni mei Karoli Regis & filiorum eius quis fidelis sum & ero diebus vite mee, sine fraude vel malo ingenio.*

III. De monasteriis minutis, ubi nonnanes sine regula sedent, volumus ut in uno loco congregatio fiat regularis, & Episcopi praevideant ubi fieri possit, & ut nulla Abbatissa foras monasterio exire praesumat sine nostra iussione, nec sibi subditas facere permittat, & earum claustra sint bene firmata, & nullatenus ibi vvinileodes scribere vel mittere praesumant. & de pallore earum propter sanguinis minuationem.

IIV. De tabulis vel codicibus requirendis. Et ut nullus in psalterio vel in evangelio vel in aliis rebus sortire praesumat, nec divinationes aliquas observare.

V. Vt nullus gloriatur per injustam rationem aut conquirere aliquid aut continere.

VI. Vt illae disciplinae quae propter legem conservandam sunt constitutae, propter premium non dimittantur.

VII. Vt audiant Episcopi baptisterium Presbyterorum, ut secundum morem Romanum baptizent.

VIII. De calcementis secundum Romanum usum.

IX. Vt in diebus festis vel dominicis omnes ad Ecclesiam veniant: & non invi-

rent Presbyteros ad domos suas ad Missas faciendas.

X. Omnino prohibendum est omnibus ebrietatis malum. Et istas conjurationes quas faciunt per sanctum Stephanum, aut per nos, aut per filios nostros, prohibemus. Et praecipimus ut Episcopi vel Abbates non vadant per casam miscendo.

XI. De eo quod Missi nostri providere debent ne forte aliquis clamor super Episcopum vel Abbatem vel Abbatissam vel Comitem seu super qualemcumque gradum sit, & nobis renuntiare.

XII. De injustis teloneis.

XIII. De manu leprosi.

XIV. Vt monachi, & qui in gradu sacerdotali constituti sunt, ad secularia negotia non transeant. De reliquis tonsuratis detur spatium usque in synodum nostram.

XV. Vt Episcopi & Abbates & Abbatissa cupplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculariores.

XVI. De pauperibus in plateis vel in quadruvis jacentibus, ut ad Ecclesiam veniant, & illorum confessiones donentur.

XVII. Vt super altaria teguria fiant vel laquearia.

XVIII. Vt clocas non baptizent, nec chartas per perticas appendant propter grandinem.

XIX. Vt Missi nostri provideant beneficia quomodo sint condirecta, & nobis renuntiare faciant.

XX. De leprosis, ut se non intermiscant alio populo.

XXI. Et omnino Missis nostris praecipimus ut bona quae aliis per verbum nostrum docent facere, factis in se ipsis ostendant.



Post superiora capitula sequuntur in vetustissimo codice MS. Longobardico bibliothecae Thuanae duo sequentia, cum hoc titulo.

ITEM DE REBUS ECCLESiarVM.

I. **V**olumus ut qui aliqui per testes exinde quaecunque rem tollere voluerit, per quinque vel septem testimonia dicant suum testimonium, & sic tollantur quaecunque rem. quia testamento quod Romani faciunt firmum non possit nisi per quinque aut per septem confirmatur.

II. Item de thesauro quod subtus ter-

ram invenitur inventus fuerit in terra Ecclesiarum, tertia ad partem Episcopi revocetur. Et si aliquod Langobardus aut qualibet homo propria spontanea voluntate cavaverit, & aliqui ei dominus dederit in propria sua quarta portione, exinde tollantur, & ille verò tres portiones ad nos perveniat, & de verbo nostro ut nullus praesumat aliter facere.

PRÆCEPTVM DE INSTITVTIONE
EPISCOPATVVM PER SAXONIAM

Datum anno Christi DCCLXXXIX.

Praeceptum quod sequitur de institutione & finibus episcopatus Bremensis unum est ex variis exemplaribus quae Karolus Magnus scribi fecit cum Saxoniam, quam Christi imperio nuper adiecerat, in octo dioceses divisit, ut patet ex libro primo historiae ecclesiasticae Adami Bremensis. Is enim, cum dixisset Karolum, postquam Saxoniam in provinciam redegerat, in octo eam episcopatus divisisse, demum addit: Cujus exemplar divisionis, quod ex praeepto Regis in Bremensi Ecclesia servatur, his cognosci potest verbis. Tum subiungit praeeptum de institutione episcopatus Bremensis. Praeeptum de fundatione episcopatus Verdensis, quod est alterum istius divisionis exemplar, nuper in lucem prodit beneficio Ioachimi Iohannis Maderi, sed corruptum & interpolatum in aliquor locis. Nobis satis visum fuit ad institutum nostrum, unum divisionis illius exemplar proferre.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi. Karolus divina ordinante providentia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrense in bellis victoria potiti sumus, in illo, & non in nobis, gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in futuro perpetuae mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi fideles quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suae pertinaciam perfidiae semper indomabiles ipsique Deo & nobis tamdiu rebelles quousque illius, non nostra, virtute ipsos & bellis vicimus & ad

Tom. I.

baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinae libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devotè addiximus, videlicet ut qui nostrae potestatis jugum haecenus ferre detrectaverunt, victi jam, Deo gratias, & armis & fide Domino & Salvatore nostro Iesu Christo & sacerdotibus ejus, omnium suorum jumentorum & fructuum totiusque culturae decimas ac nutriturae divites ac pauperes legaliter constricti persolvant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in

Qij

provinciam redigentes, & inter Episcopos certo limite determinantes, septentrionalem illius partem, quae est piscium uberitate ditissima, & pecoribus alendis habetur aptissima, pio Christo & Apostolorum suorum principi Petro pro gratiarum actione devotè obtulimus, sibi que in Vvigmodia in loco Bremon vocato super flumen Vvirrahā Ecclesiam & episcopalem statuimus cathedram. Huic parochiae decem pagos subiecimus, quos etiam abjectis eorum antiquis vocabulis & divisionibus in duas redeginus provincias, iis appellantes nominibus, Vvigmodiam & Lorgoe. Insuper ad praefatae constructionem Ecclesiae in supradictis pagis septuaginta mansos cum suis colonis offerentes totius hujus parochiae incolas, decimas suas Ecclesiae suoque provisorii fideliter persolvere hoc nostrae majestatis praepcepto jubemus, donamus, & confirmamus. Adhuc etiam summi Pontificis & universalis Papae Adriani praepcepto, necnon & Mogontiacensis Episcopi Lullonis omniumque qui affuere Pontificum consilio, eandem Bremonensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Vvillehado probabilis vitae viro coram Deo & sanctis ejus commissimus: quem etiam primum ejusdem Ecclesiae III. Idus Iulij consecrari fecimus Episcopum, ut populis divini semina verbi secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, & novellam hanc Ecclesiam canonico ordine & monasteriali competentia utiliter instruendo, interim plantet & riget quousque precibus sanctorum suorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir serenitati nostrae eam quam diximus parochiam, propter barbarorum infestantium pericula seu varios eventus qui in ea solent contingere, ad sustentacula sive stipendia Dei servorum mihi militantium Deo minime sufficere posse. Quamobrem quia Dominus omnipotens in gente Fresonum, sicut & Saxonum, ostium fidei aperuit, partem praenominatae regionis, videlicet Fresiae, quae contigua huic parochiae esse dinoscitur, eidem Bremonsi Ecclesiae suoque pro-

visori Vvillehado Episcopo ejusque successoribus perpetualiter delegavimus retinendam. Et quia casus praeteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam sibi in eadem diocesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluvium, Liam, Steinbach, Hafalam, Vvirmarcham, Sneidbach, Ostam, Mulinbach, motam paludem quae dicitur Sigefrudesmor, Quistinam, Chessemmor, Afschbroch, Vvillebroch, Bivernam, Vvertam, iterumque Ostam, ab Ostam verò usquequo perveniat ad paludem quae dicitur Caldenbach, deinde ipsam paludem usque in Vvempnam fluvium, à Vvempna verò Bicinam Farstinam usque in Vvirrahā fluvium, dehinc ab orientali parte ejusdem fluminis viam publicam quae dicitur Hessevveg, Sturmegoë & Lorgoe determinantem Sechbasam, Alapam, Caldhovva, iterumque Vvirrahā, ex occidentali autem parte viam publicam quae dicitur Folevvego, Derve & Lorgoe dividentem usque in Huntam flumen, deinde ipsum flumen, & Amrivum lucum silvestrem, quem incolae loci Vvildloch nominant, Finolam, Vvaldesmoer, Berrepol, Eddenriad paludem Emisgoë & Ostergoë determinantem, Brustlacho, Biberlach, iterumque mare, firmos & intrangressibiles circumscribi iussimus. Et ut hujus donationis ac circumscriptionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat invulsa manere, manu propria subscripsimus, & anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Domini Karoli Regis invictissimi.

Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis & sacri palatii Capellanus recognovi.

Data II. Idus Iulij anno dominicae incarnationis DCCCLXXXIX. Indictione XII. anno autem regni Domni Karoli XXI.

Actum in Palatio Nemetensi feliciter. Amen.



PRÆCEPTVM PRO TRVTMANNO COMITE

Datum anno Christi DCCLXXXIX.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis. Amen. Karolus divina ordinante clementia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potitimus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in perpetuum futuro aeternæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Propterea omnes Christi fideles noverint quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciæ perfidiam semper indomabiles ipsique Deo & nobis tandiu rebelles quousque illius & nostræ virtute ipsos & bellis vicimus & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinaque libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devotè addiximus, eosque in fide Christiana retinere optamus & perseverare cupimus. Quapropter in illa parte Saxonie Trutmännum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut resideat in curte ad campos in mallo publico ad

universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, iisque Advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat, & animadvertat ut officia sua sedulo peragant, tandem idem Comes omnia sua sibi singulariter à nobis præscripta toto conatu & viribus perficiat, atque ita memoratus noster Comes Trutmännus bene ingenuus atque securus existat. Et ut ista ingenuitatis pagina firma stabilisque consistat, manu propria subscripsimus & anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Karoli Regis invictissimi.

Hildebaldus Archiepiscopus Colonien-
sis & sacri palatii Capellanus recognovi.Data 1 v. Kal. Octobris anno domini
cæ incarnationis DCCLXXXIX. Indictione XII. anno autem regni Domini
Karoli XXI.Actum in villa Trutmänni feliciter.
Amen.

CAPITVLATIO

DE PARTIBVS SAXONIÆ.

HÆC DE PARTIBVS SAXONIÆ CONSTITVTA SVNT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E honore Ecclesiarum.
2. De confugio ad Ecclesiam.
3. Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit aut furatus fuerit aut incenderit.
4. De jejuniis quadragesimali observando.
5. De interfectione Clericorum.
6. De magis & strigis occisis.
7. Ne corpora defunctorum crementur.
8. Qualiter puniantur Saxones qui ad baptismum venire noluerint.
9. De his qui homines demonibus immolant.
10. Quæ pena eos maneat qui cum paganis adversus Christianos conspirant.
11. De eo qui infidelis est Domino Regi.
12. De eo qui filiam domini sui rapuerit.
13. De eo qui dominum vel dominam suam interfecerit.
14. Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commissis penitentiam agere voluerit.
15. De rebus & mancipiis Ecclesiarum.
16. Ut decima detur Ecclesiis de omni re que ad fiscum pervenerit.
17. Ut omnes decimam partem substantiæ & laboris sui donent Ecclesiis.

Q iij

18. *Ne in dominicis & festiuis diebus placita teneantur.*
 19. *Vt infantes baptizentur infra annum.*
 20. *De conjugis prohibitis.*
 21. *Qualiter puniendi sint qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.*
 22. *Vt corpora defunctorum in cameteriis Ecclesie sepeliantur.*
 23. *De diuinis & sortilegis.*
 24. *De latronibus & malefactoribus.*
 25. *Vt nullatenus alterum aliquis pignorare presumat.*
 26. *Vt nulli ad Regem pro sua reclamacione venienti viam contradicere aliquis presumat.*
 27. *De fideiussoribus dandis.*
 28. *Vt manera super innocentem nullus accipiat.*
 29. *Vt Comes pacem & concordiam ad invicem habeant.*
 30. *De eo qui Comitem interfecerit.*
 31. *Qualiter bannus solvatur pro faida.*
 32. *De juramento in Ecclesia prestando.*
 33. *De perjuriis.*
 34. *Ne Saxones agant conventus publicos nisi per iustionem Regis.*

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De honore Ecclesiarum.

I. **P**rimum de maioribus capitulis hoc placuit omnibus, ut Ecclesie Christi, quae modò construuntur in Saxonia, & Deo sacrate sunt, non minorem habeant honorem, sed majorem & excellentiorem, quam fana habuissent idolorum.

De confugio ad Ecclesiam.

II. Si quis confugium fecerit in Ecclesiam, nullus eum de Ecclesia per violentiam expellere praesumat, sed pacem habeat usque dum ad placitum praesentetur, & propter honorem Dei sanctorumque Ecclesiae ipsius reverentiam concedatur ei vita & omnia membra. Emendet autem causam, in quantum potuerit, & ei fuerit iudicatum; & sic ducatur ad praesentiam Domini Regis, & ipse eum mittat ubi clementia ipsius placuerit.

Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit aut furatus fuerit aut incenderit.

III. Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit, & in ea per vim vel furtum aliquid abstulerit, vel ipsam Ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur.

De jejunio quadragesimali observando.

IV. Si quis sanctum quadragesimale jejunium pro despectu christianitatis contempserit, & carnem comederit, morte moriatur. Sed tamen consideretur a sacerdote, ne fortè causa necessitatis hoc cui-libet proveniat ut carnem comedat.

De interfecione Clericorum.

V. Si quis Episcopum aut Presbyterum sive Diaconum interfecerit, similiter capite punietur.

De magis & strigis occisis.

VI. Si quis a diabolo deceptus crediderit, secundum morem paganorum, vi-

rum aliquem aut feminam strigam esse & homines comedere, & propter hoc ipsam incenderit, vel carnem ejus ad comedendum dederit, vel ipsam comederit, capitulis sententia punietur.

Ne corpora defunctorum crementur.

VII. Si quis corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumi fecerit, & ossa ejus ad cinerem redegerit, capite punietur.

Qualiter puniantur Saxones qui ad baptismum venire noluerint.

VIII. Si quis deinceps in gente Saxonum inter eos latens non baptizatus se abscondere voluerit, & ad baptismum venire contempserit, paganumque permanere voluerit, morte moriatur.

De his qui homines demonibus immolant.

IX. Si quis hominem diabolo sacrificaverit, & in hostiam more paganorum demonibus obtulerit, morte moriatur.

Quae poena eos maneat qui cum paganis adversus Christianos conspirant.

X. Si quis cum paganis consilium adversus Christianos inierit, vel cum illis in adversitate Christianorum perdurare voluerit, morte moriatur. Et quicumque hoc idem fraude contra Regem vel gentem Christianorum consenserit, morte moriatur.

De eo qui infidelis est Domino Regi.

XI. Si quis Domino Regi infidelis apparuerit, capitali sententia punietur.

De eo qui filiam domini sui rapuerit.

XII. Si quis filiam domini sui rapuerit, morte moriatur.

De eo qui dominam vel dominam suam interfecerit.

XIII. Si quis dominum suum vel dominam suam interfecerit, simili modo punietur.

Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commissis penitentiam agere voluerit.

XIV. Si quis verò pro his mortalibus criminibus latenter commissis aliquis sponte ad sacerdotem confugerit, & confessione data agere penitentiam voluerit, testimonium sacerdotis de morte excuset.

De rebus & mancipiis Ecclesiarum.

XV. De minoribus capitulis confenserunt omnes, ad unamquamque Ecclesiam curtem & duos mansos terræ pagenses ad Ecclesiam recurrentes condonent, & inter centum viginti homines nobiles & ingenuos, similiter & litos, servum & ancillam eidem Ecclesie tribuant.

Vt decima detur Ecclesie de omni re que ad fiscum pervenerit.

XVI. Et hoc Christo propitio placuit, ut undecunque census aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido, sive in quacunque banno, & in omni redibitione ad Regem pertinens, decima pars Ecclesie & sacerdotibus reddatur.

Vt omnes decimam partem substantiæ & laboris sui donent Ecclesie.

XVII. Similiter secundum Dei mandatum præcipimus ut omnes decimam partem substantiæ & laboris sui Ecclesie & sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter & liti, juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddant.

Ne in dominicis & festivis diebus placita publica teneantur.

XVIII. Vt in dominicis diebus conventus & placita publica non faciant, nisi fortè pro magna necessitate, aut hostilitate cogente; sed omnes ad Ecclesiam currant ad audiendum verbum Dei, & orationibus vel justis operibus vacent. Similiter & in festivitibus præclaris Deo & Ecclesie conventui deserviant, & secularia placita dimittant.

Vt infantes baptizentur infra annum.

XIX. Similiter placuit his decretis inferere quòd omnes infantes infra annum baptizentur. Et hoc statuimus, ut si quis infantem intra circulum anni ad baptismum offerre contempserit sine consilio vel licentia sacerdotis, si de nobili genere fuerit, centum viginti solidos fisco componat; si ingenuus, sexaginta; si litus, triginta.

De conjugis prohibitis.

XX. Si quis prohibitum vel illicitum conjugium sibi sortitus fuerit, si nobilis,

solidos sexaginta; si ingenuus, triginta; si litus, quindecim.

Qualiter puniendi sint qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.

XXI. Si quis ad fontes aut arbores vel lucos votum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit, & ad honorem demonum comederit, si nobilis fuerit, solidos sexaginta; si ingenuus, triginta; si litus, quindecim. Si verò non habuerint unde præsentialiter persolvant, ad Ecclesie servitium donentur usque dum ipsi solidi solvantur.

Vt corpora defunctorum in cæmeteris Ecclesie sepeliantur.

XXII. Iubemus ut corpora Christianorum Saxonum ad cæmeteria Ecclesie deferantur, & non ad tumulos paganorum.

De divinis & forilegis.

XXIII. Divinos & forilegos Ecclesie & sacerdotibus dare constituimus.

De latronibus & malefactoribus.

XXIV. De latronibus & malefactoribus, qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint, si quis eos receperit in sua potestate, & septem noctibus secum detinuerit, nisi ad præsentandum, nostrum bannum solvat. Similiter si Comes eum absconderit, & ad justitiam faciendam præsentare noluerit, & ad hoc excusare non potest, honorem suum perdat.

Vt nullatenus alterum aliquis pignurare præsumat.

XXV. De pignore, ut nullatenus alterum aliquis pignurare præsumat. Et qui hoc fecerit, bannum persolvat.

Vt nulli ad Regem pro sua reclamatione venienti viam contradicere aliquis præsumat.

XXVI. Vt nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro justitia reclamandi aliquis præsumat. Et si aliquis hoc facere conaverit, nostrum bannum persolvat.

De fidejussoribus dandis.

XXVII. Si quis homo fidejussorem invenire non poterit, res illius in forbanno mittantur usque dum fidejussorem præsentet. Si verò super bannum in domum suam intrare præsumperit, aut solidos decem aut unum bovem pro emendatione ipsius banni componat; & insuper unde debitor exlittit, persolvat. Si verò fidejussor diem statutum non observaverit, tunc ipse tantum damni incurrat quantum manus sua fidejussoris exlittit. Ille autem qui debitor fidejussori exlittit, du-

plum restituat pro eo quod fidejussorem in damnum cadere permittit.

Vt munera super innocentem nullus accipiat.

XXVIII. De præmiis & muneribus, ut munera super innocentem nullus accipiat. Et si quis hoc facere præsumperit, nostrum bannum solvat. Et si, quod absit, fortè Comes hoc fecerit, honorem suum perdat.

Vt Comes pacem & concordiam ad invicem habeant.

XXIX. Vt universi Comites pacem & concordiam ad invicem habere studeant. Et si fortè inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, ut nostrum solatium vel perfectum pro hoc non demittant.

De eo qui Comitem interfecerit.

XXX. Si quis Comitem interfecerit, vel de ejus morte consilium dederit, hereditas illius ad partem Regis eveniat, & in jus ejus redigatur.

Qualiter bannus solvatur pro faida.

XXXI. Dedimus potestatem Comitibus bannum mittere infra suo ministerio

de faida vel majoribus causis in solidis sexaginta. De minoribus verò causis Comitibus bannum in solidis duodecim constituimus.

De juramento in Ecclesia præstando.

XXXII. Si culibet homini sacramentum debet, aframeat illum ad Ecclesiam sacramento ad diem statutum. Et si jurare contempserit, fidem faciat, & solidos quindecim componat qui in actibus apparuit, & deinceps causam pleniter emendare faciat.

De perjuriis.

XXXIII. De perjuriis secundum legem Saxonum sit.

Ne Saxones agant conventus publicos nisi per jussionem Regis.

XXXIV. Interdiximus ut omnes Saxones generaliter conventus publicos nec faciant, nisi fortè Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit. Sed unusquisque Comes in suo ministerio placita & justitias faciat. Et hoc à sacerdotibus consideretur ne aliter faciat.

EPISTOLA AD FASTRADAM

REGINAM DE VICTORIA AVARICA,

ET DE LETANIIS.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum dilectæ nobis & valde amabili conjugii nostræ Fastradæ Reginae. Salutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus, & per te dulcissimi filii nostri, vel ceteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus quia gratias Deo sani & salvi sumus. Missus quidem dilecti filii nostri Pippini nomine illi nobis nuntiavit de ejus sanitate ac Domni Apostolici, vel de salvatione confinium nostrorum illis partibus positorum, unde valde lætificari extitimus. Et insuper retulit nobis qualiter illæ scære, quas prius de Italia jussimus pergere partibus Avariarum in illa confinia residendum, perrexerunt infra fines ipsorum decimo Kalendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis. & dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris

interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quòd in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit. Et expoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsa nocte, vel in crastina, usque hora diei tertiae. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace, & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt ut nostra fiat jussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille Episcopus, ille Dux, ille & ille Comites, illi. Dux de Histria, ut dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi verò nostri fuerunt illi. Nos autem Domino adjuvante tribus diebus litaniam fecimus, id est, Nonis Septembris, quod fuit Lunis die, incipientes, & Martis, & Mercuris, Dei misericordiam deprecantes ut nobis pacem & sanitatem atque victoriam & prosperum iter tribuere dignetur, & ut in sua misericordia & pietate nobis adjutor & consiliator atque

atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et à vino & carne ordinarunt sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem aut senectudinem aut juventudinem abstinere poterant, ut abstinent. & qui redimere voluisset quòd vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores & potentiores homines in unaquaque die solidum unum dedissent, minus potentes juxta possibilitatem ipsorum, & qui amplius dare non poterat, & vinum bibere volebat, saltem vel unum denarium donasset, elemosinam verò unusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem vel juxta possibilitatem fecisset. Et sacerdotes unusquisque Missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset; & Cle-

rici qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset. & interim quòd ipsas litanias faciebant, discalceati ambulassent. Sic consideraverunt sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, & Domino adjuvante complevimus. Vnde volumus ut tu cum ill. & ill. vel ceteris fidelibus nostris considerare debeas qualiter ipsæ litanie ibidem factæ fiant. Tu autem juxta quod tua infirmitas permittit in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit quia vester missus nec epistola, postquam de Ragenisburgo, ad nos non venit. Vnde volumus ut sapius nobis de tua sanitate vel de aliud quod placuerit significare debeas. iterumque salutamus te multum in Domino.

CAPITVLARE DE CAUSIS REGNI ITALIÆ.

Datum, ut videtur, anno Christi DCCXCIII. post obitum Hildegardis Reginae.

Incipit Capitulare qualiter precepit Dominus Rex de quibusdam causis.

INCIPIUNT CAPITVLA.

- | | |
|--|--|
| 1. D E xenodochiis. | 10. De auctoritate legum & consuetudinum. |
| 2. De Ecclesiis baptismalibus. | 11. De potestate vendendi & donandi in femina. |
| 3. De Advocatis sacerdotum. | 12. De mancipiis palatii & Ecclesiarum. |
| 4. De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de statu ingenuitatis. | 13. De liberis hominibus ad servilia opera non cogendis. |
| 5. De compositionibus quæ ad palatium pertinent. | 14. De rebus quæ Hildegardie Reginae tradite fuerunt. |
| 6. De monasteriis & xenodochiis regalibus. | 15. De aldionibus palatii. |
| 7. De rebus forsatis. | 16. De fugitivis. |
| 8. De eo cuius res in elemosyna datae sunt. | 17. De sigillis & epistolis, & de portarum custodiendis. |
| 9. De jure filiarum in res servorum quos pater fecit liberos. | |

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De xenodochiis.

I P Rimo capitulo de xenodochiis jussit ut quicumque xenodochia habent, si ita pauperes pascere voluerint & consilium facere quomodo ab antea fuit, habeant ipsa xenodochia, & regant

Tom. I.

ordinabiliter. Et si hoc facere noluerint, ipsa dimittant; & per tales homines in antea sint gubernata cum consilio Episcopi qualiter Deo & nobis exinde placeat.

De Ecclesiis baptismalibus.

II De Ecclesiis baptismalibus, ut nullatenus eas laici homines tenere debeant,

R

fed per sacerdotes fiant, sicut ordo est, gubernata. Et neque ipsi pagenses negligentiam habeant de hoc quod ibidem facere debeant. Et illi sacerdotes eas sic regant quomodo ordo canonicus exposcit.

De Advocatis sacerdotum.

Ibid. tit. 47. c. 3. III. De Advocatis sacerdotum, volumus pro ecclesiastico honore & illorum reverentia ut Advocatos habeant.

De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de statu ingenuitatis.

Ibid. tit. 46. c. 2. IV. De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent, volumus ut ubicunque culpa contigerit unde fida crescere potest, propter eas fatigationes hominis illius contra quem culpaverit, secundum ipsius legem cui negligentiam commisit emendet. De statu vero ingenuitatis aut aliis querelis unusquisque secundum suam legem semetipsum defendat.

De compositionibus quae ad palatium pertinent.

Ibid. lib. 1. tit. 1. c. 10. V. De compositionibus quae ad palatium pertinent, si Comites ipsas causas commoverint ad requirendum, illam tertiam partem ad eorum recipient opus, duas vero ad palatium. Et si per suam negligentiam remanserint, & Missus dominicus ipsas causas ceperit inquirere, tunc volumus ut ipse Comes illam tertiam partem non habeat, sed cum integritate ad palatium veniat.

De monasteriis & xenodochiis regalibus.

Ibid. lib. 1. tit. 1. c. 30. VI. De monasteriis & xenodochiis quae per diversos comitatus esse videntur, ut regalia sint, & quicunque ea habere voluerit, per beneficium Domni Regis habeat.

De rebus forfactis.

Ibid. tit. 35. VII. De rebus forfactis per diversos comitatus, volumus ut ad palatium pertineant.

De eo cuius res in elemosyna datae sunt.

Ibid. lib. 1. tit. 18. c. 6. VIII. Si cuiuscunque res in elemosyna datae sunt, & ipse mortuus fuerit ante quam eas dispenseret, tunc Missus dominicus una cum Episcopo parrochiae ipsius confideret qualiter in Domni Regis mercede ipsa elemosyna fiat facta, & infra triginta noctes impleta esse debeat.

De iure filio in res servorum quos pater fecit liberos.

IX. De filia cuius pater per manum erogatoris omnes servos suos iussit fieri liberos, quia contra legem esse videtur, instituimus quod ipsa filia in tertiam portionem de praefatis rebus iterum in servos suos introire possit.

De auctoritate legum & consuetudinum.

X. Placuit inferere ut ubi lex erit, praecellat consuetudini, & ut nulla consuetudo superponatur legi.

De potestate vendendi & donandi in femina.

XI. Placuit etiam nobis ut quaecunque femina potestatem habet per commeatum viri sui res suas vendere, habeat potestatem & donare.

De mancipiis palatij & Ecclesiarum.

XII. De mancipiis palatij nostri & Ecclesiarum nostrarum nolumus mundium recipere, sed ipsa nostra mancipia habere. De liberis hominibus ad servilia opera non cogendis.

XIII. Placuit nobis ut illos liberos homines Comites nostri ad eorum opus servile non opprimant. Et quicunque hoc fecerit, secundum quod iudicatum habemus emendet.

De rebus quae Hildegardae Reginae traditae fuerunt.

XIV. De rebus quae Hildegardae Reginae traditae fuerunt volumus ut fiant descriptae breves, & ipsae breves ad nos fiant adductae.

De aldionibus palatij.

XV. Non est nostra voluntas ut homines Placentini per eorum praecipuum de curte palatij nostri illos aldiones recipient.

De fugitivis.

XVI. De fugitivis qui in partibus Beneventi & Spoleti sive Romaniae vel Pen-
Ibid. lib. 1. tit. 15. c. 74.
tapoli confugium faciunt, ut reddantur, & sint reverli ad propria loca.

De sigillis & epistolis, & de porturis custodiendis.

XVII. Sicut consuetudo fuit sigilla & epistolas prendere vel porturas custodire, ita & nunc sit factum.



CAPITVLARE FRANCOFORDIENSE

Datum in plena synodo anno Christi DCCXCIV.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E indulgentia Tassiloni Duci Bajuvariorum à Karolo Rege concessa.
2. De stabili pretio annonæ, tum private, tum publicæ.
3. De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiantur.
4. Vt Episcopi iustitias faciant in suis parochiis.
5. Vt Episcopus non migret de sua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de sua Ecclesia.
6. De altercatione Viennensis & Arelatensis Episcopi. Et de Tarentasia, Ebreuno, & Aquis.
7. De purgatione & reconciliatione Petri Episcopi.
8. Gerbodo incertæ ordinationis Episcopo dignitas abrogata.
9. Vt monachi à secularibus negotiis & placitiis abstineant.
10. Vt reclusi nisi ex Episcopi & Abbatis approbatione non fiant.
11. Vt Abbas cum suis dormiat monachis.
12. Cellarij in monasteriis quales eligendi sint.
13. De monasteriis ubi corpora sanctorum sunt.
14. Vt pro introeuntibus in monasterium premia non exigantur.
15. Vt Abbas sine consensu Episcopi non eligatur.
16. Nulla ex culpa monachos Abbati cæcere aut mutilare licet.
17. Ne Clerici aut monachi tabernas ingrediantur.
18. Episcopus canones & regulam scire debet.
19. Dies dominica quomodo observanda.
20. Ne in villis ac vicis ordinentur Episcopi.
21. Servum sine domini licentia nemo recipiat vel ordinet.
22. Vt Clerici & monachi in proposito permaneant.
23. Vt decimas & nonas Ecclesia solvant qui debent, & omnes decimam de sua proprietate.
24. Vt Ecclesie per eos restituantur qui beneficia habent, & inde ablata restituantur.
25. Vt Clerici alieni sine commendatitiis non recipiantur; & qui nunc sunt, redeant ad Ecclesias suas.
26. Vt absolutè nullus ordinetur.
27. Vt Episcopus sibi subditos rite doceat.
28. De altercationibus Clericorum inter se vel cum laicis.
29. Vt conjuraciones non fiant.
30. Vt monasteriorum disciplina seruetur.
31. Vt orationem dominicam & symbolum fidei omnes doceantur.
32. De avaritia & cupiditate.
33. De hospitalitate.
34. Vt criminosis accusare non liceat.
35. De reconciliatione.
36. Vt Presbyteri contumaces cum regia capelle Clericis non communicent.
37. De iudicio Presbyteri in crimine deprehensi.
38. De suscipienda cura paellarum que parentibus private sunt.
39. Vt Episcopus extra propriam sedem ultra tres hebdomadas non hereat. Et in Episcopi rebus post ejus obitum quis succedat.
40. Quinam sancti in Ecclesia venerandi sunt.
41. De arboribus & lucis destruendis.
42. Vt electi utrinque iudices non spernantur.
43. Vt parvuli ad sacramenta non trahantur.
44. Vt in velandis virginibus canones observentur.
45. Abbatissæ que canonicè vel regulariter non vivunt deponende.
46. Vt oblationes que in Ecclesia fiunt dispenset Episcopus.
47. Vt Presbyteri ante annos triginta non ordinentur.
48. Vt post Missarum solemnias pax invicem detur.
49. Vt nomina ante oblationem non recitentur.
50. Quod non in tribus tantum linguis orandus sit Deus.
51. Vt Episcopi & Presbyteri canones non ignorent.

52. Quatenus Ecclesie ab ingenuis construite tradi aut vendi queant.

53. De licentia Hildeboldi Archicapellani.

54. De Alcuino, quem Rex synodo commendavit.

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De indulgentia Tassiloni Duci Bajoariorum à Karolo Rege concessa.

I DE Tassilone definitum est capitulum, qui dudum Bajoariz Dux fuerat, sobrinus videlicet Domni Karoli Regis. In medio sanctissimi adfuit Concilij, veniam rogans pro commissis culpis, tam quas tempore Domni Pippini Regis adversus eum & regnum Francorum commiserat, quam & quas postea sub tempore Domni nostri piissimi Karoli Regis, in quibus fraudator fidei suæ extiterat, indulgentiam ut ab eo mereretur accipere humili petitione visus est postulasse, dimittens videlicet puro animo iram atque omnem scandalum de parte sua, quæque in eo perpetrata fuissent, & sciebat, necnon omnem justitiam & res proprietatis, quantum illi aut filiis vel filiabus suis in ducatu Bajoariorum legitime pertinere debuerant, gurgivit atque projecit, & in postmodum omni lite calcanda, sine ulla repetitione indulgit, & filios ac filias suas in illius misericordia commendavit. Et idcirco Dominus noster misericordia motus præfato Tassiloni gratuito animo & culpas perpetratas indulgit & gratiam suam pleniter concessit, & in sua elemosyna eum in amore dilectionis visus est suscepisse, ut securus de Dei misericordia existeret inantea. Vnde tres breves ex hoc capitulo uno tenore conscriptos fieri præcepit. unum in palatio retinendum, alium præfato Tassiloni, ut secum haberet in monasterio, dandum, tertium verò in sacri palatii capella recondendum fieri iussit.

De stabili pretio annonæ, tum private, tum publicæ.

II. Statuit piissimus Dominus noster Rex, consentiente sancta synodo, ut nullus homo, sive ecclesiasticus sive laicus sit, ut nunquam carius vendat annonam, sive tempore abundantie, sive tempore caritatis, quam modium publicum & noviter statutum. De modio de avena denario uno, modio ordei denarius 11. modio sigali denarii tres, modio frumenti denarii quatuor. Si verò in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes singuli libras duas, pro denario dare de-

beat, sigalios quinddecim æquo pondere pro denario; ordeaceos viginti similiter pensantes, avenatios viginti quinque similiter pensantes. De verò annona publica Domni Regis, si venundata fuerit, de avena modius 11. pro denario, ordeo den. 11. sigalo den. 11. frumento mod. denar. 111. Et qui nostrum habet beneficium, diligentissime prævideat, quantum potest Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriatur, & quod superest ultra illius familie necessitatem, hoc liberè vendat jure præscripro.

De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiantur.

III. De denariis autem certissime sciat nostrum edictum, quòd in omni loco, in omni civitate, & in omni emptorio similiter vadant isti novi denarii, & accipiantur ab omnibus. Si autem nominis nostri nomisma habent, & mero sunt argento, pleniter pensantes, si quis contradicit eos in ullo loco, in aliquo negotio emptionis vel venditionis, si ingenuus est homo, quinddecim solidos componat ad opus Regis; si servilis conditionis, si suum est illud negotium proprium, perdat illud negotium, aut flagelletur nudus ad palam coram populo. Si autem ex iussione sui domini fecerit, tunc ille dominus solidos quinddecim componat, si ei adprobatum fuerit.

Vt Episcopi justitias faciant in suis parrochiis.

IV. Statutum est à Domno Rege & sancta synodo ut Episcopi justitias faciant in suas parrochias. Si non obedierit aliqua persona Episcopo suo de Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, monachis, & ceteris Clericis, vel etiam aliis, in ejus parrochia, veniant ad Metropolitanum suum, & ille dijudicet causam cum suffraganeis suis. Comites quoque nostri veniant ad iudicium Episcoporum. Et si aliquid est quod Episcopus metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accusatores cum accusato cum litteris Metropolitanis, ut sciamus veritatem rei.

Vt Episcopus non migret de sua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de sua Ecclesia.

V. Definitum est etiam à Domino Rege & sancta synodo ut Episcopus non migret de civitate in civitatem, sed curam habeat Ecclesie sue. Similiter Presbyter & Diaconus maneat in suas Ecclesias canonicè.

De alteratione Viennensis & Arelatenfis Episcopi. Et de Tarentasia, Ebredano, & Aquis.

VI. De alteratione Vrsionis Viennensis Episcopi & advocato Elifanti Arelatenfis Episcopi lecta sunt epistola beati Gregorij, Zosimi, Leonis, & Symmachi, quæ definerunt eò quòd Viennensis Ecclesia quatuor suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta præmineret, & Arelatenfis Ecclesia novem suffraganeas habere deberet, quibus ipsa præmineret. De Tarentasia verò & Ebreduno sive Aquis, legato facta est ad sedem apostolicam, & quicquid per Pontificem Romanæ Ecclesie definitum fuerit, hoc teneatur.

De purgatione & reconciliatione Petri Episcopi.

VII. Definitum est etiam ab eodem Domino Rege sive à sancta synodo ut Petrus Episcopus contestans coram Deo & angelis ejus juraret cum duobus aut tribus, sicut sacrationem suscepit, aut certè cum suo Archiepiscopo, quòd ille in mortem Regis sive in regnum ejus non consiliaffet, nec ei infidelis fuisset. Qui Episcopus, dum cum quibus juraret non invenisset, elegit sibi ipse ut suus homo ad Dei iudicium iret, & ille testaretur absque reliquiis & absque sanctis evangelii, solummodo coram Deo, quòd ille innocens exinde esset, & secundum ejus innocentiam Deus adjuvaret illum suum hominem, qui ad illud iudicium exiturus erat. Et exivit tamen ejus homo ad iudicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per sanctæ synodi censuram, sed spontanea voluntate. Qui etiam à Domino liberatus, idoneus exivit. Clementia tamen Regis nostri præfato Episcopo gratiam suam contulit, & pristinis honoribus eum ditavit, nec passus eum esse sine honore quem prospexit de composito crimine nihil malè meruisse.

Gerbodo incerta ordinationis Episcopo dignitas abrogata.

VIII. Definitum est quidem à Domino Rege & sancta synodo esse dinoscitur, ut Gaerbodus, qui se Episcopum esse di-

cebat, & suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen episcopalia à Magnardo metropolitano Episcopo consecutus est, qui etiam professus est Diaconum & Presbyterum non secundum canonicam ordinationem ordinatum esse, ut ab eodem gradu episcopatus, quem se habere dicebat, deponeretur à prædicto Metropolitanano sive à comprovincialibus Episcopis. *Vt monachi à secularibus negotiis & placitis abstineant.*

IX. Vt monachi ad secularia negotia neque ad placita exercenda non exeant, nisi ita faciant sicut ipsa regula præcepit.

Vt reclusi nisi ex Episcopi & Abbatis approbatione non fiant.

X. Vt reclusi non fiant nisi quos antè Episcopus provincie atque Abbas comprobaverint, & secundum eorum dispositionem in reclusionis loco ingrediantur.

Vt Abbas cum suis dormiat monachis.

XI. Vt Abbas cum suis dormiat monachis secundum regulam sancti Benedicti.

Cellarj in monasteriis quales eligendi sint.

XII. Vt Cellarj in monasteriis avari non eligantur, sed tales electi sint quales regula sancti Benedicti docet.

De monasteriis ubi corpora sanctorum sunt.

XIII. De monasteria ubi corpora sanctorum sunt, ut habeat oratorium intra claustra, ubi peculiare officium & diurnum fiat.

Vt pro introcumbentibus in monasterium premia non exigantur.

XIV. Audivimus enim ut quidam Abbates cupiditate ducti præmia pro introcumbentibus in monasterio requirant. Ideo placuit nobis & sanctæ synodo, pro suscipiendis in sancto ordine fratribus nequaquam pecunia requirantur, sed secundum regulam sancti Benedicti suscipiantur.

Vt Abbas sine consensu Episcopi non eligatur.

XV. Vt Abbas in congregatione non eligatur, ubi iussio Regis fuerit, nisi per consensum Episcopi loci illius.

Nulla ex culpa monachos Abbati caccare aut muticare licet.

XVI. Vt Abbates qualibet culpa à monachis commissa, nequaquam permitimus caccari, aut membrorum debilitatem ingerere, nisi regularis disciplina subiacet.

Ne Clerici aut monachi tabernas ingrediantur.

XVII. Vt Presbyteri, Diaconi, monachi, & Clerici tabernas ad bibendum non ingrediantur.

Capitularè
111. anni
789. c. 14.

Capitularè
11. anni
789. c. 7.

Ibid. c. 15.

Ibid. c. 13.

Capitularè
11. anni 789.
c. 14.

Episcopus canones & regulam scire debet.
XVIII. Vt Episcopum canones & regulam non liceat ignorare.

Dies dominica quomodo observanda.
Ibid. c. 17. XIX. Vt dies domina à vespera usque ad vesperum seruetur.

Ne in villis ac vicis ordinentur Episcopi.
Ibid. c. 18. XX. Quod non oporteat in villis nec vicis Episcopos ordinare.

Servum sine domini licentia nemo recipiat vel ordinet.
Ibid. c. 19. XXI. De servis alienis, ut à nemine recipiantur neque ab Episcopis facerentur sine licentia dominorum.

Vt Clerici & monachi in proposito permaneant.
Ibid. c. 16. XXII. De Clericis & monachis, ut in suo proposito permaneant.

Vt decimas & nonas Ecclesie solvant qui debent, & omnes decimam de sua proprietate.
XXIII. Vt decimas & nonas sive census omnes generaliter donent qui debitorum sunt ex beneficiis & rebus Ecclesiarum, secundum priorem capitularem Domni Regis. Et omnis homo ex sua proprietate legitimam decimam ad Ecclesiam conferat. Experimento enim didicimus, in anno quo illa valida fames inrepsit, ebullire vacuas annonas à demonibus devoratas, & voces exprobrationis auditas.

Vt Ecclesie per eos restaurentur qui beneficia habent, & inde ablata restituantur.
XXIV. Vt domus Ecclesiarum & tegumenta ab eis fiant emendata vel restaurata qui beneficia exinde habent. Et ubi repertum fuerit per veraces homines quod lignamen & petras sive tegulas, quæ in domibus Ecclesiarum fuerint, & modò in domo sua habeat, omnia in Ecclesia fiant restaurata unde abstracta fuerunt.

Vt Clerici alieni sine commendatitiis non recipiantur, & qui nunc sunt, redeant ad Ecclesias suas.
XXV. De Clericis, nequaquam de Ecclesia ad aliam Ecclesiam transmigrantur, neque recipiantur sine conscientia Episcopi & litteras commendatitias de cuius dioclesia fuerint, ne fortè discordia exinde veniat in Ecclesia. Et ubi modò tales reperti fuerint, omnes ad eorum Ecclesiam redeant, & nullus eum post se retinere audeat postquam Episcopus aut Abbas suus eum recipere voluerit. Et si fortè senior ignorat ubi suum requirere debet Clericum; cum quo fuerit, ipse eum sub custodia retineat, & non permittat eum va-

gari aliibi, usque dum domino suo restituantur.

Vt absolutè nullus ordinetur.
XXVI. Vt non absolutè ordinentur.

Vt Episcopus sibi subditos rite doceat.
XXVII. Vt unusquisque Episcopus sibi subditos bene doceat & instruat; ita ut in domo Dei semper digni inveniantur qui canonicè possint fieri electi.

De altercationibus Clericorum inter se vel cum laicis.
XXVIII. De Clericis ad invicem altercantibus, aut contra Episcopum suum agentibus, ut sicut canones docent, ita omnimodis peragant. Et si fortè inter Clericum & laicum fuerit orta altercatio, Episcopus & Comes simul conveniant, & unanimiter inter eos causam definiant secundum recititudinem.

Vt conjurationes non fiant.
XXIX. De conjurationibus & confpirationibus, ne fiant; & ubi sunt inventæ, destruantur.

Vt monasteriorum disciplina seruetur.
XXX. Vt monasteria secundum canonicam institutionem fiant custodita.

Vt orationem dominicam & symbolum fidei omnes doceantur.
XXXI. Vt fides catholica sanctæ Trinitatis & oratio dominica atque symbolum fidei omnibus prædicetur & tradatur.

De avaritia & cupiditate.
XXXII. De avaritia & cupiditate calcanda.

De hospitalitate.
XXXIII. De hospitalitate sectanda.

Vt criminosus accusare non liceat.
XXXIV. De criminosis, ut non habeant vocem accusandi majores natu aut Episcopos suos.

De reconciliatione.
XXXV. De reconciliatione tempore necessitatis.

Vt Presbyteri contumaces cum regia capella Clericis non communicent.
XXXVI. De Presbyteris qui contumaces fuerint contra Episcopos suos, nequaquam communicentur cum Clericis qui in capella Regis habitant nisi reconciliati fuerint ab Episcopo suo, ne fortè canonica excommunicatio super eos exinde veniat.

De judicio Presbyteri in crimine deprehensi.
XXXVII. Si Presbyter in criminali opere fuerit deprehensus, ad Episcopum suum ducatur, & secundum canonicam institutionem constringatur. Et si fortè

Capitulare
1 anni 779.
c. 17.

Capitulare
1 anni 789.
c. 24.

Ibid. c. 17.

Ibid. c. 18.

Ibid. c. 19.

Ibid. c. 16.

Capitulare
1 anni 779.
c. 17.

Capitulare
1 anni 789.
c. 24.

Ibid. c. 17.

Ibid. c. 18.

Ibid. c. 19.

Ibid. c. 16.

Capitulare
1 anni 779.
c. 17.

Capitulare
1 anni 789.
c. 24.

Ibid. c. 17.

Ibid. c. 18.

Ibid. c. 19.

Ibid. c. 16.

Capitulare
1 anni 779.
c. 17.

Capitulare
1 anni 789.
c. 24.

Ibid. c. 17.

Ibid. c. 18.

Ibid. c. 19.

Ibid. c. 16.

negare voluerit, & accusator comprobationem dare non poterit, & coram Episcopo definitum esse nequiverit, tunc ad universali Concilio illorum ratio deferatur.

De suscipienda cura puellarum quæ parentibus privatae sunt.

Ibid. c. 39. XXXVIII. De puellis quæ à parentibus privatae fuerint, sub Episcoporum & Presbyterorum prævidentiâ gravioribus feminis commendantur, sicut canonica docet auctoritas.

Vt Episcopus extra propriam sedem ultra tres hebdomadas non hæreat. Et in Episcopi rebus post ejus obitum quis succedat.

Ibid. c. 40. XXXIX. Vt nullus Episcopus propriam sedem amittat aliubi frequentando, aut in propriis rebus suis manere audeat amplius quam tres hebdomadas. Et propinqui vel heredes Episcopi res quæ ab Episcopo sunt acquisitæ, aut per comparationes, aut per traditiones, postquam Episcopus fuerit ordinatus, nequaquam post ejus obitum hereditare debeant; sed ad suam Ecclesiam catholicæ. Illæ autem quas prius habuit, nisi traditionem ad Ecclesiam ex eis fecerit, heredibus & propinquis succedant.

Quinam sancti in Ecclesia venerandi sint.

Ibid. c. 41. XL. Vt nulli novi sancti colantur, aut invocentur, nec memoriæ eorum per vias erigantur; sed ij soli in Ecclesia venerandi sint qui ex auctoritate passionum aut vita merito electi sunt.

De arboribus & lucis destruendis.

Ibid. c. 61. XLI. De arboribus & lucis destruendis canonica observetur auctoritas.

Vt electi utrinque iudices non spernantur.

Ibid. c. 43. XLII. Vt electi iudices de utrisque partibus non spernantur.

Vt parvuli ad sacramenta non trahantur.

Ibid. c. 62. XLIII. De eorum testibus canonica sit observatio. Et parvuli non trahantur ad sacramentum, sicut Guuntbadingi faciunt.

Vt in velandis virginibus canones observantur.

Ibid. c. 45. XLIV. De virginibus, quo tempore velandæ sint vel quibus occasionibus ante annos viginti quinque, si necessitas compellit, ea querantur quæ in canone scripta sunt.

Abbatissa quæ canonicè vel regulariter non vivunt deponende.

XLV. De Abbatissis, quæ canonicè vel regulariter non vivunt, Episcopi requi-

rant, & Regi adnuntient, ut ab honore priventur.

Vt oblationes quæ in Ecclesia sunt dispenset Episcopus.

XLVI. De oblationibus quæ in Ecclesia vel in usus pauperum conferuntur, canonica observetur norma; & non ab aliis dispensentur nisi cui Episcopus ordinaverit.

Vt Presbyteri ante annos triginta non ordinentur.

XLVII. De Presbyteris ante tricesimum ætatis annum non ordinandis.

Vt post Missarum solemniam pax invicem detur.

XLVIII. Vt confecta sacra mysteria, in Missarum solemnibus omnes generaliter pacem ad invicem præbeant.

Vt nomina ante oblationem non recitentur.

XLIX. De non recitandis nominibus antequam oblatio offeratur.

Quod non in tribus tantum linguis orandum sit Deus.

L. Vt nullus credat quod nonnisi in tribus linguis Deus orandum sit: quia in omni lingua Deus adoratur, & homo exauditur, si iusta petierit.

Vt Episcopi & Presbyteri canones non ignorent.

LI. Vt nulli Episcoporum & sacerdotum liceat sacros canones ignorare.

Quatenus Ecclesia ab ingenuis constructæ tradi aut vendi queant.

LII. De Ecclesiis quæ ab ingenuis hominibus, construuntur, licet eas tradere vendere, tantummodo ut Ecclesia non destruat, sed serviuntur cotidie honores.

De licentia Hildeboldi Archiepiscopi.

LIII. Dixit etiam Dominus Rex in eadem synodo ut à sede apostolica, id est, ab Hadriano Pontifice, licentiam habuisset ut Angilramnum Archiepiscopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eandem synodum ut eo modo sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum Episcopum habere debuisset; quia & de eodem, sicut & de Angilramno, apostolicam licentiam habebat. Omnis synodus consensus, & placuit eis eum in palatio esse debere propter utilitates ecclesiasticas.

De Alcuino, quem Rex synodo commendavit.

LIV. Commonuit etiam ut Alcuinum ipsa sancta synodus in suo consortio sive in orationibus recipere dignaretur, eò quod esset vir in ecclesiasticis doctrinis eruditus.

Omnia namque synodus secundum admo- in eorum confortio live in orationibus re-
nitionem Domni Regis consensit, & eum ceperunt.

COMMONITORIUM

Datum Angilberto Abbati Centulensi eunti Romam
ad Leonem III. anno Christi DCCXCVI.

K Arolus gratia Dei Rex, & Defen-
sor sanctæ Ecclesiæ, Homero Auri-
culario salutem. Divina regente miseri-
cordia iterum & prosperè te adducente ad
Domnum Apostolicum Papam nostrum,
admoneas eum diligenter de omni hone-
state vitæ suæ, & præcipuè de sanctorum
observatione canonum, de pia sanctæ Dei
Ecclesiæ gubernatione, secundum op-
portunitatem collationis inter vos & ani-
mi illius convenientiam. Ingerasque ei sæ-
pius quam paucorum honor ille, quem
præfentialiter habet, annorum, quam mul-
torum est perpetualiter merces, quæ da-
tur bene laboranti in eo. Et de simoniaca
subvertenda hæresi diligentissimè suadeas
illi, quæ sanctum Ecclesiæ corpus multis
malè maculat in locis. Et quicquid mente

tenes sæpius querelis agitasse inter nos.
Sed qualis mihi esset conlatio cum beato
Hadriano Papa prædecesore illius de con-
struendo monasterio ad sanctam Paulum
nullatenus dimittas suggerere illi, ut vo-
lente Deo revertens certum mihi respon-
sum habeas referre. Dominus Deus ducat
te, & dirigat in omni bonitate cor illius,
ut faciens faciat quod sanctæ suæ proficiat
Ecclesiæ, ut sit nobis pius pater & pro-
bis præcipuus intercessor, ut idem Deus
& Dominus noster Iesus Christus nos in
sua florere faciat voluntate, & cursum qui
supereft nobis vitæ nostræ ad perpetuæ
stabilitatis quietem perducere dignetur.
Vade cum prosperitate, proficiens in veri-
tate, reverurus cum gaudio, Homeriane
puer.

EPISTOLA AD LEONEM III. PAPAM

Missa per Angilbertum Abbatem Centulensem.

K Arolus gratia Dei Rex Francorum
& Langobardorum ac Patricius Ro-
manorum Leoni Papæ perpetuæ beatitu-
dinis in Christo salutem. Perlectis excel-
lentia vestra litteris & audita decretali
chartula, valde, ut fateor, gavisus sumus,
seu in electionis unanimitate, seu in humi-
litate vestra obedientia, & in promissio-
nis ad nos fidelitate. In quibus omnibus ex
intimo cordis affectu divinæ pietati agi-
mus gratias, quia nobis post lacrymabile
doloris vulnus quod animæ nostræ dile-
ctissimi patris & fidelissimi amici obitus in-
fluxit, tale in vobis solita suæ clementie
providentia solatium perdonare dignatus
est. Unde & vestra sanctitati, quasi vica-
rio lætitiæ munere, per eisdem Dei &
Domini nostri Iesu Christi misericordiam,
qui sanctæ suæ Ecclesiæ in vestra beatitu-
dinis exaltatione consuluit, nostram om-
niumque fidelium nostrorum demanda-
mus prosperitatem, necnon & pacificam

in Dei voluntate totius regni nostri inno-
tescimus unanimitatem, ut æquè in no-
stræ devotionis gaudeatis sicut & nos in
vestra sanctitatis lætamur successibus. Sed
& hoc vestra sanctissimæ benevolentia
innotescimus, quod cum dilectionis mu-
nera patri meo dulcissimo prædecesori ve-
stro dirigere paraveram, ut caritatis quam
in eo habui munificentia largitate mon-
strarem magnitudinem, & suavissimæ in-
ter nos familiaritatis fidelitas multorum
ostenderetur oculis, ecce subito, quod
sine dolore non dicam, sine lacrymis non
cogito præ tristitia, obitus illius legatione
consternatus sum, & ubi lætitiæ parave-
ram insignia, ibi me tristitiæ turbaverunt
lugubria. Etsi Apostolus de mortuis con-
tristari prohibet, tamen caritas lacrymas
elicere non cessat. Non quasi mortuorum
plangentes, sed quasi melius cum Christo
vivantem recordantes, si nos corporali
præsentia amisisse, non tamen spiritali
suffragio

suffragio illum nos amittere arbitramur. Sed magnum divina nobis prævidebat gratia solatium, dum vos, vir venerande, in locum illius subrogavit, ut esset qui quotidie apud beatum Petrum principem Apostolorum pro totius Ecclesie stabilitate, & qui pro salute mea meorumque fidelium, immo & pro totius stabilitate regni nobis à Deo dati intercederet, & paterna pietate nos in filium sibi adoptaret. Ad dilectionis pacificam unanimitem Angilbertum manualet vestre familiaritatis vestre direximus sanctitati, quem prius, sicut promissimus per religiosos viros Campolum & Anastasium, beatissimo patri nostro prædecessori vestro dirigere curavimus: sed, ut præfati sumus, dum exenia omnia parata erant, lugubri paterna mortis nuntio repente tardatum est iter illius. Sed modò latiores de vestre sanctitatis successione facti, quod desideravimus in illo pio patre agere, in vobis perficere studemus. Illique omnia injunximus quæ vel nobis voluntaria vel vobis necessaria esse videbantur, ut ex conlatione mutua conferatis vel quicquid ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesie, vel ad stabilitatem honoris vestri, vel patriciatu nostri firmitatem necessarium intelligeritis. Sicut enim cum beatissimo prædecessore vestre sanctæ paternitatis pactum inij, sic cum beatitudine vestra ejusdem

fidei & caritatis inviolabile fœdus statuere desidero, quatenus apostolicæ sanctitati vestre, divina donante gratia sanctorum advocata precibus me ubique apostolica benedictio consequatur, & sanctissima Romanæ Ecclesie sedes, Deo donante, nostra semper devotione defendatur. Nostrum est, secundum auxilium divinæ pietatis, sanctam ubique Christi Ecclesiam ab incurfu paganorum & ab infidelium devastatione armis defendere, fors & intus catholicæ fidei agnitione munire. Vestrum est, sanctissime pater, elevatis ad Deum cum Moyse manibus, nostram adjuvare militiam, quatenus vobis intercedentibus, Deo ductore & datore, populus Christianus super inimicos sui sancti nominis ubique semper habeat victoriam, & nomen Domini nostri Iesu Christi toto clarificetur in orbe. Vestre verò auctoritatis prudentia canones ubique sequatur, quatenus tonus sanctitatis exempla omnibus evidenter in vestra fulgeant conversatione, & sanctæ admonitionis exhortatio audiatur ab ore, quatenus sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Omnipotens Deus vestre auctoritatis beatitudinem ad sanctæ sue Ecclesie exaltationem per multa annorum curricula incolumem conservare dignetur.

EPISTOLÆ DVÆ

AD OFFAM REGEM MERCIORVM.

I.
Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum & Patricius Romanorum viro venerando & fratri carissimo Offæ Regi Merciorum salutem. Primò gratias omnipotenti Deo agimus de catholica fidei sinceritate quam in vestris laudabiliter paginis reperimus exaratam. De peregrinis verò, qui pro amore Dei & salute animarum suarum beatorum Apostolorum limina desiderant adire, cum pace sine omni perturbatione vadant. Sed si aliqui non religioni servientes, sed lucrum sectantes, inter eos inveniuntur, locis opportunis statuta solvant telonea. Negotiatores quoque volumus ut ex mandato nostro patrociniū habeant in regno
 Tom. I.

nostro legitimè. Et si aliquo loco injusta affligantur oppressione, reclamant se ad nos vel nostros iudices, & plenam jubebimus justitiam fieri. Cognoscat quoque dilectio vestra quòd aliquam benignitatem de dalmaticis nostris vel palliis ad singulas sedes episcopales regni vestri vel Ethelfredi direximus in elemosynam Domni Apostolici Hadriani, deprecantes ut pro eo intercedi jubeatis, nullam habentes dubitationem beatam illius animam in requie esse, sed ut fidem & dilectionem ostendamus in amicum nostrum carissimum. Sed & de thesauro humanarum rerum, quem Dominus Iesus nobis gratuita pietate concessit, aliquid per metropolitanas civitates direximus. Vestre quoque
 S

dilectioni unum baltheum & unum gladium Hunicum & duo pallia ferica.

II.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Defensor sanctæ Dei Ecclesiæ dilecto fratri & amico Offæ Regi salutem. Presbyter iste & Scottus apud nos moratus est aliquanto tempore in parrochia Hildeboldi Colonienfis Episcopi; sed reprehensibilis factus, ut fertur, à quodam accusatore, quòd carnem diebus quadragesimalibus comedisset. Nostri verò sacerdotes iudicare renuerunt, quia plenum testimonium accusantium super eum non inveniunt. Tamen nec eum loco consueto habitationis suæ propter infamiam diutius morari permiserunt; ne sacerdotalis honor apud imperitum vulgus vilesceret,

vel rumigera loquela aliqui hortarentur violare sanctum jejunium. Visum est nostris sacerdotibus illum ad sui Episcopi, ubi Deo votum fecit, dirigere iudicium. Idcirco vestram deprecamur providentiam ut jubeatis illum secundum opportunitatem temporis & profectiois in suam transponere patriam, ut ibi iudicetur unde exiit. Nam ibi quoque sanctæ Dei Ecclesiæ puritas in moribus, & firmitas in fide, & honestas in conversatione, secundum canonicam sanctionem diligenter observari debet; ut una, perfecta, & immaculata columba, cujus pennæ deargentata, & posteriora ejus in specie aure clarescere debent. Vita, salus, & prosperitas tibi tuisque fidelibus à Deo Christo detur in æternum.

CAPITVLARE SAXONVM

Datum Aquisgrani anno Christi DCCXCVII. v. Kalendas Novembres in generali Episcoporum & optimatum conventu.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|--|
| 1. D e iustitia Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, & minis potentum. De raptu & incendio, & de exercitu. | 5. De mentione ad placitum. |
| 2. De observatione superiorum capitularum. | 6. De compositione rerum quæ Presbyteris ablatae sunt. |
| 3. De compositione secundum legem Saxonum. | 7. De compositione Missorum regiorum. |
| 4. De his qui causam iudicatam repetere presumunt in patria aut in presentia Regis. | 8. Ne quis incendium faciat infra patriam. |
| | 9. De banno augendo. |
| | 10. De malefactoribus qui mori debent. |
| | 11. Quales debeant esse solidi Saxonum. |

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCXCVII. & XXX. ac XXXI. regnante Domno Karolo præcellentissimo Rege, convenientibus in unum Aquis palatio in ejus obsequio venerabilibus Episcopis & Abbatibus seu illustribus viris Comitibus v. Kalendas Novembris, simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis, tam de Vestfalibus & Angrariis, quam & de Oostfalibus, omnes unanimiter consenserunt & aptificaverunt ut de illis capitulis pro quibus Franci, si Regis bannum transgressi sunt, solidos sexaginta componunt, similiter Saxones solvent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint.



HÆC SVNT CAPITVLA.

De iustitia Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, & minus potentum. De raptu & incendio, & de exercitu.

I. **V**T Ecclesia, vidua, orphani, & minus potentes iustam & quietam pacem habeant. Et ut raptum & fortiam nec incendium infra patriam quis facere audeat presumptivè. Et de exercitu nullus super bannum Domni Regis remanere præsumat.

De observatione superiorum capitulorum.

I. Si quis supradicta octo capitula transgressus fuerit, omnes statuerunt & aptificaverunt ut Saxones similiter sicut & Franci sexaginta solidos componant.

De compositione secundum legem Saxonum.

III. Item placuit omnibus Saxonibus ut ubicunque Franci secundum legem solidos duodecim solvere debent, ibi nobiliores Saxones solidos duodecim, ingenui quinque, liti quatuor componant.

De his qui causam iudicantem repetere præsumunt in patria aut in præsentia Regis.

IV. Hoc etiam statuerunt, ut qualiscunque causa infra patriam cum propriis vicinantibus pacificata fuerit, ibi solito more ipsi pagenses solidos duodecim pro districtione recipiant, & pro vuargilda, quæ juxta consuetudinem eorum solebant facere, hoc concessum habeant. Si autem in præsentia Missorum regali causa definita fuerint, pro jamdicta vuargilda suprascriptos solidos duodecim ipsis pagenses habeant concessos. Et pro hoc quia Missus regalis ex hac re fatigatus fuerit, alios duodecim solidos inde recipiat ad partem Regis. Si autem ipsa causa ad palatium in præsentia Regis ad definiendum fuerit perducta, tunc utrique solidi duodecim, id est, pro vuargilda, & quod vicinis debuit componere, eò quòd infra patriam definita ratio non fuerit, ad partem Regis faciant componere, quod sint solidi vigintiquatuor. Nam si fuerit aliquis qui in patria, juxta quod sui convicini judicaverint, seque pacificare noluerit, & ad palatium pro hujus rei causa venerit, & ibi ei fuerit iudicatum quòd justum iudicium judicassent, in prima vice, ut supra dictum est, solidos viginti quatuor ad partem Regis componat. Et si tunc inde rediens se pacificare & iustitiam facere renuerit, & iterum pro ista causa ad palatium fuerit

Tom. I.

convocatus & de iudicatus, bis viginti quatuor solidos componat. Si verò necdum correptus tertia vice pro eadem re ad palatium remeaverit, triplam compositionem exinde faciat ad partem Regis.

De manitione ad placitum.

V. Si quis de nobilioribus ad placitum manitus venire contempserit, solidos quatuor componat, ingenui duos, liti unum.

De compositione rerum quæ Presbyteris ablatae sunt.

VI. De Presbyteris statuerunt quòd si aliquid eis aut eorum hominibus quis contrarium facere aut tollere præsumpserit contra iustitiam, omnia in duplum restituat ei & componat.

De compositione Missorum regionum.

VII. De Missis Regis statuerunt ut si ab eis aliquis interfecus evenerit, in triplum eum componere debeat qui hoc facere præsumpserit. Similiter quicquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare & secundum eorum eua componere.

Ne quis incendium faciat infra patriam.

VIII. De incendio convenit quòd nullus infra patriam præsumat facere propter iram aut inimicitiam aut qualibet malevola cupiditate, excepto si talis fuerit rebellis qui iustitiam facere noluerit, & aliter districtus esse non poterit, & ad nos, ut in præsentia nostra iustitiam reddat, venire despexerit, condicto commune placito simul ipsi pagenses veniant, & si unanimiter consenserint pro districtione illius casa incendatur, tunc de ipso placito commune consilio facto secundum eorum eua fiat peractum, & non pro qualibet iracundia aut malevola intentione, nisi pro districtione nostra. Si aliter facere ausus fuerit, sicut superius dictum est, solidos sexaginta componat.

De banno augendo.

IX. Item placuit ut quandoquidem voluerit Dominus Rex propter pacem & propter fidam & propter majores causas bannum fortiosem statuere, unà cum consensu Francorum & fidelium Saxonum, secundum quod ei placuerit, juxta quod causa exigit & opportunitas fuerit, solidos sexaginta multiplicare in duplum, & solidos centum sive usque ad mille componere faciat qui ejus mandatum transgressus fuerit.

S ij

De malefactoribus qui mori debent.

X. De malefactoribus qui vite periculum secundum eua Saxonum incurrere debent, placuit omnibus ut qualiscunque ex ipsis ad regiam potestatem confugium fecerit, aut in illius sit potestate utrum interficiendum illis reddat, aut unâ cum consensu eorum habeat licentiam ipsum malefactorem cum uxore & familia & omnia sua foris patriam infra sua regna aut in marca, ubi sua fuerit voluntas, collocare, & habeant ipsum quasi mortuum.

Quales debeant esse solidi Saxonum.

XI. Illud notandum est quales debent solidi esse Saxonum, id est, bovem anno-

ticum utriusque sexus auctumnali tempore, sicut in stabulum mittitur, pro uno solido. Similiter & vernum tempus, quando de stabulo exiit & deinceps, quantum ætatem auxerit, tantum in pretio crescat. De annona vero bortrinis pro solido uno scapilos quadraginta donant, & de figale viginti. Septentrionales autem pro solido scapilos triginta dent, & figale quindecim. Mel verò pro solido bortrensi figale una & medio donant. Septentrionales autem duos siclos de melle pro uno solido donent. Item hordeum mundum sicut & figale pro uno solido donent. In argento duodecim denarios solidum faciant. Et in aliis speciebus ad istud pretium omnes æstimationes compositionis sunt.

EXPLICIT CAPITVLARE SAXONVM.



PACTVS LEGIS SALICÆ.

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi
DCCXCVIII. Indictione VI. Domnus Karolus Rex
Francorum inclitus hunc libellum tractati legis
Salicæ scribere iussit.

INCIPIVNT CAPITVLA LEGIS SALICÆ.

- | | |
|---|--|
| 1. D E manire. | 29. De furtis diversis. |
| 2. De furtis porcorum. | 30. De locationibus. |
| 3. De furtis animalium. | 31. De debilitatibus. |
| 4. De furtis ovium. | 32. De convitiis. |
| 5. De furtis caprarum. | 33. De via lacina. |
| 6. De furtis canum. | 34. De eo qui hominem ingenuum sine causa ligaverit. |
| 7. De furtis avium. | 35. De venationibus. |
| 8. De furtis arborum. | 36. De sepibus. |
| 9. De furtis apium. | 37. De homicidiis servorum vel ancillarum. |
| 10. De damno in messe vel in qualibet clausura. | 38. De quadrupedibus, si hominem occiderint. |
| 11. De servis vel mancipiis furatis. | 39. De vestigio minando. |
| 12. De furtis ingenuorum vel infracluris. | 40. De caballis furatis. |
| 13. De furtis servorum vel infracluris. | 41. De his qui aliena mancipia sollicitaverint. |
| 14. De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt. | 42. De servo qui de furto fuerit interpellatus. |
| 15. De eo qui hominem ingenuum expoliaverit. | 43. De homicidiis ingenuorum. |
| 16. De eo qui villam alienam adfallerit. | 44. De homicidiis à contubernio factis. |
| 17. De eo qui mortuum hominem expoliaverit. | 45. De homicidiis in convivio factis. |
| 18. De incendiis. | 46. De reippus. |
| 19. De vulneribus. | 47. De eo qui villam alienam occupaverit, vel si duodecim mensibus eam tenuerit. |
| 20. De eo qui hominem innocentem & absentem ad Regem accusaverit. | 48. De affratonia. |
| 21. De maleficiis. | 49. De furtoris, hoc est, qualiter homo furatas res interitare debet. |
| 22. De eo qui mulieri ingenuæ manum strinxerit. | 50. De falso testimonio. |
| 23. De eo qui nave[m] sine permissu domini moverit aut furaverit. | 51. De testibus adhibendis. |
| 24. De furtis in molino commissis. | 52. De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit. |
| 25. De caballo sine permissu domini sui ascenso. | 53. De eo qui Grafsonem ad res alienas tollendas injustè invitaverit. |
| 26. De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint. | 54. De re prestata. |
| 27. De adulteris ancillarum. | 55. De manu ab aeneo redimenda. |
| 28. De libertis dimissis. | 56. De eo qui Grafsonem occiderit. |
| | 57. De corporibus expoliatis. |
| | 58. De incendio vel expoltatione Ecclesiarum. |

- sive homicidiis Clericorum.*
59. De eo qui ad mallum venire contempserit.
60. De Racinburgis qui secundum legem non iudicant.
61. De chrenechruda.
62. De alode.
63. De eo qui se de parentela tollere vult.
64. De charoena.
65. De compositione homicidij.

66. De homine in hoste occiso.
67. De eo qui alteram herburgiam clamaverit.
68. De caballo excoriato.
69. De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiserit.
70. De eo qui filiam alienam que seris, & se retraxerit.
71. De terra condemnata.

INCIPIT LIBER LEGIS SALICÆ

TITVLVS I.

De manniere.

Lib. 111.
Capitular.
c. 45. & 46.
211.

I. Siquis ad mallum legibus dominicis mannius fuerit, & non venerit, si eum sunnis non detinuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Ille verò qui alium mannit, si non venerit, & eum sunnis non detinuerit, eum quem manniuit similiter sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componat.

III. Ille autem qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulet, & sic eum manniat, aut uxorem illius, vel cuiusque de familia illius denuntiet ut ei faciat notum quomodo sit ab illo mannius.

IV. Nam si in iussione Regis fuerit occupatus, manniri non potest.

V. Si verò infra pagum in sua ratione fuerit, potest manniri, sicut superius dictum est.

II. De furtis porcorum.

I. Si quis porcellum lactantem furaverit de chranne prima aut de mediana, & inde fuerit convictus, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò in tertia chranne furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis porcellum de fude furaverit qui clavem habet, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis porcellum in campo inter porcos ipso porcario custodiente furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis porcellum furaverit qui sine matre vivere potest, quadraginta dena-

riis, qui faciunt solidum unum, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis scrovam subbattit in furto, hoc est, porcellos à matre subtrahit, ducentis octuaginta denariis, qui faciunt solidos septem, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis scrovam cum porcellis furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si quis porcellum anniculum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis porcum bimum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si quis tertium porcellum furaverit usque ad anniculatum, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XI. Si quis verò porcum post anniculatum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XII. Si quis verum furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. Si quis scrovam ducariam furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIV. Si quis maialem facrivum, qui dicitur votivus, furaverit, & hoc cum testibus ille qui eum perdidit potuerit adprobare quòd facrivus fuisset, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XV. Si quis maialem non sacrum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVI. Si quis tres porcos vel amplius usque ad sex capita furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVII. Si quis de grege quindecim porcos furaverit, & reliqui ibi remanserint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVIII. Si quis viginti quinque porcos furaverit, & de grege illo amplius non fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIX. Si autem aliqui ex iisdem porcis supra viginti quinque porcos remanserint, & non fuerint furati, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XX. Si verò quinquaginta porcos furaverit, & aliqui remanserint, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. *De furtis animalium.*

I. Si quis vitulum lactantem furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis anniculum animal aut bimam vitulam furatus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis vaccam cum vitulo furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis vaccam sine vitulo furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis vaccam domitam furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis bovem furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vacas tenuerit, hoc est, trespellius, mille & octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si quis taurum furaverit qui unum gregem regit, & iunctus nunquam fuit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis bimum taurum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si quis taurum Regis furaverit, ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XI. Si quis duodecim animalia furaverit, ut nec unum quidem animal ex eis remanserit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XII. Si autem duodecim furaverit, & super aliqua remanserint, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. Et usque ad viginti quinque uno iudicio terminantur.

XIII. Si quis viginti quinque animalia furaverit, & super aliqua remanserint, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. *De furtis ovium.*

I. Si quis agnum lactantem furaverit, septem denariis culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis anniculum vel bimum berbicum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si verò duos aut tres furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. Qui numerus usque ad quadraginta berbices observetur.

IV. Si quis quinquaginta berbices aut sexaginta vel amplius furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

L & S
SALICA

LEX
SALICA.V. *De furtis caprarum.*

I. Si quis capritum sive capram aut duas capras vel tres furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò supra tres capras furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis buccum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. *De furtis canum.*

I. Si quis canem scesum furaverit aut occiderit, qui magister sit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis verò scesum reliquum, aut veltrem porcarium, sive veltrem leporarium, qui & argutarius dicitur, furatus fuerit vel occiderit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis verò canem custodem domus sive curtis, qui in die ligari solet ne damnum faciat, post solis occasum solum furatus fuerit vel occiderit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis verò canem pastoralem furatus fuerit vel occiderit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII. *De furtis avium.*

I. Si quis acceptorem de arbore furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis acceptorem de pertica furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis acceptorem intra clavem repositum furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis sparvarium furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis anserem domesticam aut ane-

tam furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cignum aut gruam domesticam, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis turturem de rete alterius aut quamlibet aviculam de quolibet laqueo vel decipula furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. *De furtis arborum.*

I. Si quis pomarium sive quamlibet arborem domesticam extra clausuram exciderit aut furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis verò pomarium aut quamlibet arborem domesticam infra clausuram exciderit aut furatus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Hanc quoque legem & de vitibus furatis observari iussimus.

IV. Si quis in silva alterius materiam furatus fuerit, aut incendit vel concupulaverit, aut ligna alterius furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX. *De furtis apium.*

I. Si quis unum vas apium deintro clave aut sub tecto furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis unum vas cum apibus, ubi amplius non fuerit, furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis unum vas cum apibus inter alia vasa sub tecto aut sub clave furaverit, causam superius comprehensam convenit observare.

IV. Si verò unum vas cum apibus foris tecto, ubi amplius non fuerit, furaverit, causam superius comprehensam componat.

V. Si quis ex plurimis usque ad sex vasa foris tecto furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si

VI. Si verò septem aut amplius furaverit, & adhuc aliqua remanserint, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si autem septem aut amplius furaverit, ita ut nulla remaneant, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X. De damno in messe vel in qualibet clausura.

I. Si animal aut caballum vel quodlibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum lædere non debet.

II. Quòd si fecerit, & confessus fuerit, capitale in locum restituat, ipsum verò debile, quod percussit, ad se recipiat.

III. Si verò confessus non fuerit, & inde fuerit convictus, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis animal aut caballum aut iumentum in furto punxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis in messe sua pecora aliena invenerit, quæ pastorem non habeant, & ea incluserit, & nulli penitus innotescat, & aliqua ex ipsis pecoribus perierint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis animal vel quodlibet pecus per suam negligentiam nocuerit, & hoc domino eius confessus fuerit, capitale in locum restituat, & illud debile ad se recolligat.

VII. Si verò negaverit, sed tamen convictus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si alicujus porci aut qualibet pecora, pastore custodiente, in messem alienam cucurrerint, & ille negando fuerit convictus, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si qua pecora propter damnum messis alienæ inclausa fuerint, aut minantur, qui ea excutere vel expellere præsumperit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si alicujus pecora propter damnum inclausa fuerint, damnum æstimatum red-

Tom. I.

dat, & insuper decem denarios persolvat.

XI. Si quis propter inimicitiam aut propter superbiam septem alienam aperuerit, aut in messem aut in pratam vel vineam sive in quemlibet laborem qualibet pecora miserit, & testibus fuerit convictus, ei cuius labor est æstimationem damni reddat, & insuper mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

XI. De servis vel mancipiis furatis.

I. Si quis servum aut ancillam alterius furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si servus aut ancilla cum ipso ingenuo de rebus domini sui aliquid portaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura, atque causam quam superius diximus.

III. Si quis servum alienum occiderit aut vendiderit, vel ingenuum dimiserit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis homo ingenuus alienum servum in texaga secum duxerit, aut aliquid cum eo negotiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis servum aut ancillam valentem solidos quindecim aut viginti quinque furaverit aut vendiderit, seu porcarium aut fabrum sive vintorem vel molinarium aut carpentarium sive venatorem aut quemcunque artificem, bis mille octingentis denariis, qui faciunt solidos septuaginta, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis puerum aut puellam de ministerio dominorum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, in capitale restituat, & insuper mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur.

XII. De furis ingenuorum vel effracturis.

I. Si quis ingenuus foris casa quod valet duos denarios furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò foris casa quod valet quadraginta denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos

LEX
SALICA.

T

LEX
SALICA.

triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis ingenuus casam effregerit, & quod valet duos denarios furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si verò quinque aut supra quinque denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis ingenuus clavem effregerit aut adulteraverit, & sic domum ingressus fuerit, & inde aliquid per furtum tulerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si verò nihil tulerit, sed fugiens evaserit, propter effractionem tantum mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. *De furtis seruorum vel infracluris.*

I. Si quis servus foris casa quod valet duos denarios furaverit, & inde convictus fuerit, aut flagellis centum viginti ictus accipiat, aut pro dorso suo centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò furaverit quod valet quadraginta denarios, aut castretur, aut ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, reddat. Dominus autem servi qui furtum fecerit, capitale in locum restituat.

XIV. *De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt.*

I. Si tres homines ingenuam puellam de casa aut de scireona rapuerint, unusquisque eorum mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

II. Illi alij qui super tres fuerint, unusquisque eorum ducentis denariis, qui faciunt solidos quinque, culpabilis iudicetur.

III. Qui cum sagittis fuerint, unusquisque eorum centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

IV. Raptor verò bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

V. Si verò puella quae trahitur in verbo Regis fuerit, propter fredum bis mille quingentos denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, cogatur persolvere.

VI. Si verò puer Regis vel lidus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.

VII. Si verò ingenua femina quemquam de illis sua voluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII. Si quis sponfam alienam tulerit, & sibi in conjugium copulaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

IX. Sponso autem ejus sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

X. Si quis puellam, quae druchte ducitur ad maritum, in via adfallerit, & cum ipsa violenter mechatatus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

XI. Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipse cum ea in servitio implicetur.

XII. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

XIII. Si quis cum ingenua puella per virtutem mechatatus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

XIV. Si quis cum ingenua puella defponsata ea consentiente in occulto mechatatus fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

XV. Si quis lidam alienam in conjugium sociaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

XVI. Si quis sororem aut fratris filiam aut certè alterius gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut avunculi, scelertatis nuptiis sibi junxerit, huic poena subiaceat, ut à tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.

XV. *De eo qui hominem ingenuum expoliaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum in superuentu expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Si Romanus homo Francum expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III. Si verò Francus Romanum expoliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis hominem præceptum Regis habentem contra ordinationem Regis adfallire vel via laciniam ei facere præsumperit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

V. Si quis hominem ingenuum dormientem furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVI. De eo qui villam alienam adfallierit.

I. Si quis villam alienam adfallierit, ipse & omnes qui convicti fuerint quod in ejus contubernio fuissent, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, unusquisque ipsorum culpabilis iudicetur.

II. Si quis villam alienam adfallierit, & ibidem ostia fregit, canes occiderit, vel homines plagaverit, aut in carro aliquid inde abduxerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur, & quicquid inde abstulerit in locum restituat.

III. Et quancunque in ejus contubernio fuisse convicti fuerint, unusquisque illorum bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

XVII. De eo qui mortuum hominem expoliaverit.

I. Si quis hominem mortuum, antequam in terra mittatur, furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

II. Si quis hominem mortuum effodierit & expoliaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur. Et postea parentes defuncti iudicem rogare debent ut inter homines non habitet auctor sceleris. Et qui ei hospitium dederit antequam parentibus satisfaciat, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Si quis mortuum hominem aut in noffo aut in petra, quæ vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis aristonem super hominem mortuum capulaverit, de unoquoque sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XVIII. De incendiis.

I. Si quis casam quamlibet intus hominibus dormientibus incenderit, ei cujus

Tom. I.

casâ fuit bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. Et quancunque intus fuerint & evaserint, mallare eum debent. Et unicuique illorum bis mille & quingentos denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, componat, & quicquid ibi perdidit in locum restituat. Et si aliquis intus arserit, ille qui incendium misit, parentibus defuncti octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

II. Si quis spicarium aut maholum cum annona incenderit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis sudem cum porcis, scuriam cum animalibus vel fenile incenderit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis concidam vel sepem alterius capulaverit vel incenderit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XIX. De vulneribus.

I. Si quis voluerit alterum occidere, & colpus ei fallierit, vel cum sagitta toxicata eum percutere voluerit, & ei ictus fallierit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis iudicetur.

II. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut sanguis ad terram cadat, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut inde tria ossa exeant, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut cerebrum appareat, & tria ossa desuper cerebro exierint, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

V. Si verò intra costas vulnus intraverit, & usque ad intranea pervenerit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

VI. Si verò plaga ipsa semper currit, & ad sanitatem non pervenerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepta medicatura, quæ est

T ij

LEX
SALICA.

LEX
SALICA. trecentorum sexaginta denariorum, qui faciunt solidos novem.

VII. Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit, & tamen sanguis non exierit, usque ad tres colpos, pro unoquoque ictu centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres, solvat.

VIII. Si verò sanguis exierit, ita componat veluti eum de ferramento vulnerasset, id est, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis alterum clausa manu, id est, pugno percusserit, trecentis sexaginta denariis, qui faciunt solidos novem, culpabilis judicetur, videlicet ut pro unoquoque ictu tres solidos reddat.

X. Si quis alterum in via adfallierit & expoliare tentaverit, & ille fuga evaserit, bis mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si verò ceperit eum & expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XX. De eo qui hominem innocentem & absentem ad Regem accusaverit.

I. Si quis hominem innocentem & absentem de culpis minoribus ad Regem accusaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

II. Si verò tale crimen imputaverit unde mori debuisset si verum fuisset, ille qui eum accusaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

XXI. De maleficiis.

I. Si quis alteri herbas dederit bibere, & mortuus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò biberit, & mortuus non fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, ille qui dedit pro aliquo maleficio, culpabilis judicetur.

III. Si quis alteri aliquod maleficium superjactatus fuerit, sive cum ligaturis in quolibet loco miserit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IV. Si quis mulieri herbas dederit ut infantes habere non possit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

XXII. De eo qui mulieri ingenue manum strinxerit.

I. Si quis homo ingenuus feminæ ingenue manum aut digitum strinxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò brachium strinxerit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si autem super cubitum manum miserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si ergo mamillam strinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXIII. De eo qui navem sine permisso domini moverit aut furaverit.

I. Si quis sine permisso navim alienam movere præsumpserit, & cum ea flumen transierit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

II. Si verò ipsam navem furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis navem vel ascum de intro clave furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis ascum de intro clave repositum & in suspenso pro studio positum furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XXIV. De furtis in molino commissis.

I. Si quis ingenuus in molino alieno annonam furaverit, ei cujus molinus est sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur. Ei verò cujus annona est similiter sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis sclesam de farinario alieno ruperit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXV. De caballo sine permisso domini sui ascenso.

Si quis caballum alienum sine permisso

domini sui ascenderit, & eum caballicaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur. Et pro eo quia descendit, similiter aliis sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XXVI. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.*

I. Si quis puerum infra duodecim annos sive crinitum sive incrinatum occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

II. Si quis puerum crinitum sine voluntate parentum totonderit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

III. Si verò puellam totonderit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis feminam gravidam occiderit, viginti octo mille denariis, qui faciunt solidos septingentos, culpabilis iudicetur.

V. Si quis infantem in ventre matris suæ, aut natum antequam nomen habeat, infra novem noctes occiderit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

VI. Si quis puellam ingenuam infra annos antequam infantes possit habere occiderit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

VII. Si quis feminam ingenuam postquam infantes cæperit habere occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis feminam postquam infantes habere non potuerit occiderit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

IX. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

XXVII. *De adulteriis ancillarum.*

I. Si quis ingenuus cum ancilla aliena mechatatus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si quis verò cum Regis ancilla mechatatus fuerit, septingentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

III. Si quis francus alienam ancillam sibi publicè junxerit, ipse cum ea in servitio permaneat.

IV. Si servus cum ancilla aliena me-

chatus fuerit, & de ipso crimine ancilla mortua fuerit, servus ipse aut castretur aut ducentis quadraginta denariis, qui faciunt solidos sex, culpabilis iudicetur. Dominus verò servi capitale in locum restituat.

V. Si autem ancilla propter hoc mortua non fuerit, servus ipse aut centum viginti ictus accipiat, aut centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres, domino ancillæ cogatur persolvere.

VI. Si quis servus ancillam alienam sine voluntate domini sui sibi in conjugium copulaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, aut centum viginti ictus accipiat.

XXVIII. *De libertis dimissis.*

I. Si quis lidum alienum, qui cum domino suo in hoste fuerit, sine consilio domini sui ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur. res verò ipsius ludi legitimo domino restituantur.

II. Si quis servum alienum ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, & capitale in locum restituat, & res servi ipsius proprius dominus recipiat.

XXIX. *De furtis diversis.*

I. Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si verò de pecoribus tintinnum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

III. Si quis schillam de caballis furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis pedicam de caballis furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

V. Si caballi ipsi perierint, capitale in locum restituat.

VI. Si quis messem alienam per furtum metere aut reffare præsumpserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

VII. Si quis hortum alienum ad furtum faciendum ingressus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis impotos de melario aut de pirario tulerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

LEX
SALICA.

- IX. Si verò in horto fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- X. Si quis melarium aut pirarium decorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XI. Si verò in horto fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XII. Si quis cultellum alienum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XIII. Si quis in napinam, in fabariam, in pisariam, in lenticulariam, vel in his similia ad furtum faciendum ingressus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XIV. Si quis in campo alieno linum furaverit, & hoc in caballo aut in carro duxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XV. Si verò tantum tulerit quantum in dorso suo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XVI. Si quis in agro alieno arborem infertam exciderit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.
- XVII. Si quis campum alienum araverit & feminaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.
- XVIII. Si verò tantum araverit, & non feminaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XIX. Si quis aratrium in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras iactaverit vel testaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XX. Si quis pratium alienum secaverit, laborem suum perdat, & insuper sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXI. Et si inde fœnum ad domum suam in carro duxerit, & discarricaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.
- XXII. Si verò tantum tulerit quantum in dorso suo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.
- XXIII. Si quis vineam alienam per furtum vindemiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXIV. Et si inde vinum in carro ad domum suam adduxerit, & discarricaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.
- XXV. De messibus autem similiter convenit observare.
- XXVI. Si quis clausuram alienam ruperit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXVII. Si quis in silva materiam alienam aut incenderit aut capulaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXVIII. Si quis materiam de una parte dolatum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XXIX. Si quis arborem post annum quam fuerit signata capulare præsumperit, nullam exinde habeat culpam.
- XXX. Si infra annum quis eam capulaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XXXI. Si quis rete ad anguillas capiendas de flumine furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.
- XXXII. Si quis statuum aut tremaculum vel vertivolium de flumine furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXXIII. Si quis fœreonomam quæ clavem habet effregerit, & aliquid furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.
- XXXIV. Et si inde nihil tulerit, pro sola effractura sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXXV. Si verò fœreonomam quæ sine clave est effregerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXXVI. Si quis cum servo alieno sine consensu domini sui aliquid negotiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.
- XXXVII. Si quis mulieri brachile furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.
- XXXVIII. Si quis casam alienam sine permisso possessoris transferit, mille

ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

XXX. *De locationibus.*

I. Si quis furtim aliquem locaverit ut hominem interficiat, & pretium propter hoc dederit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Similiter & ille qui pretium accepit ut hominem occideret, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III. Si verò per tertium locatio ipsa fuerit transmissa, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

Sic dans, accipiens, portans, unusquisque illorum culpabilis iudicetur.

XXXI. *De debilitatibus.*

I. Si quis alteri manum aut pedem truncaverit, vel oculum effodierit, aut auriculam vel nasum amputaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

II. Si verò manus ipsa ibidem mancata pependerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

III. Si verò manus ipsa perexcussa fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis pollicem de manu vel de pede excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

V. Si verò ipse pollex mancatu pependit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

VI. Si secundum digitum, quo sagittatur, excusserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur.

VII. Si quis tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis medium digitum excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IX. Si quis quartum digitum excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

X. Si minimum excusserit, similiter sex-

centis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XI. Si quis pedem alterius capulaverit, & ibi mancatu remanserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

XII. Si verò pes ipse perexcussus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

XIII. Si quis alteri oculum evellent, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

XIV. Si quis nasum excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

XV. Si quis auriculam excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XVI. Si quis linguam alterius amputaverit, ut loqui non possit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

XVII. Si quis dentem excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XVIII. Si quis ingenuus ingenuum castraverit, aut virilia truncaverit, ut mancus fiat, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

XIX. Si verò ad integrum tulerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

XXXII. *De convitiis.*

I. Si quis alterum cenitum clamaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si quis alterum concagatum clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

III. Si quis alterum vulpeculam clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis alterum leporem clamaverit, ducentis quadraginta denariis, qui faciunt solidos sex, culpabilis iudicetur.

V. Si quæ mulier ingenua aut vir mulierem meretricem clamaverit, & non potuerit adprobare, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

VI. Si quis alteri imputaverit quòd scutum suum projecisset in hoste, vel fugiendo præ timore, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

LEX
SALICA.

LEX
SALICA.

VII. Si quis alterum delatorem clamaverit, & non potuerit, comprobare sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis alterum falsatorem clamaverit, & non potuerit comprobare, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IX. Si quis compari suo pittum excuserit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur, aut similem illi reddat, vel cum duodecim juret quod similem illi restituerit.

XXXIII. *De via lacina.*

I. Si quis baroni viam suam obtulerit, aut eum impinxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si quis mulieri ingenue viam suam obtulerit, vel eam impinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

III. Si quis viam quae ad farinarium ducit clauserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XXXIV. *De eo qui hominem ingenuum sine causa ligaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

II. Si verò eum ligatum in aliquam partem duxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

III. Si Romanus Francum ligaverit sine causa, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

IV. Si autem Francus Romanum ligaverit sine causa, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

V. Si quis hominem noxium ligatum per vim tulerit Grafioni, vitam suam redimat.

XXXV. *De venationibus.*

I. Si quis de diversis venationibus aliquid aut furaverit aut celaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur. Quam legem tam de venationibus quam & de pilcationibus convenit observare.

II. Si quis cervum domesticum signum habentem aut occiderit aut furaverit, qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, & cum testibus comprobare dominus ejus potuerit quod eum in venatione habuisset, & cum ipso duas feras aut

tres occidisset, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

III. Si quis verò cervum domesticum, qui in venatione adhuc non fuit, aut occiderit aut furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis cervum quem alterius canes moverunt aut lassaverunt occiderit aut celaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

V. Si quis aprum lassum, quem alieni canes moverunt, occiderit vel furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

XXXVI. *De sepibus.*

I. Si quis tres virgas cum quibus sepius superligata est, vel retortas quibus sepius continetur, capulaverit, aut tres cambortas excervicaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si quis per messem alienam, postquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro sine via transferit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

III. Si quis per messem alienam, postquam in culmum erigitur, sine via cum carro transferit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubicunque miserit aliquid quod furatum est, nesciente domino cujus possessio est, & ibidem inventum fuerit, ille qui per malum ingenium hoc miserit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

V. Si quis in curte alterius post solis occasum in furtum ingressus fuerit, & ibidem fuerit inventus, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis iudicetur.

XXXVII. *De homicidiis servorum vel ancillarum.*

I. Si quis servus servum aut ancillam sibi consimilem occiderit, homicidam illum domini inter se dividant.

II. Si quis ingenuus servum alienum adfallierit & expoliaverit, & convictus fuerit quod ei plus quam quadraginta denarij valeant tulisset, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

III. Si

III. Si verò minus quàm quadraginta denarij valent tulerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis servum alienum flagellaverit, & in quadraginta noctibus operari non potuerit, quadraginta denariis, qui faciunt solidum unum & triante uno, quod est tertia pars solidi, culpabilis judicetur.

V. Si quis homo ingenuus lidum alienum expoliaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VI. Si quis servum alienum mortuum per furtum expoliaverit, & spolia ipsa plus quàm quadraginta denarij valeant, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VII. Si autem spolia minus quàm quadraginta denarij valeant, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si servus ingenuum hominem occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis hominis occisi parentibus tradatur, & aliam medietatem dominus servi se noverit solviturum. Aut si legem intellexerit, poterit se obmallare ut leudem non solvat.

XXXVIII. *De quadrupedibus, si hominem occiderint.*

Si quis homo à quolibet pecude domestico fuerit occisus, & hoc parentes illius testibus potuerint comprobare quòd dominus pecudis antea legem non adimpleverit, medietatem compositionis dominus ipsius quadrupedis cogatur exsolvere; ipsum verò quadrupedem, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituat requirenti; eo videlicet modo, si dominus quadrupedis non intellexerit secundum legem se defendere.

XXXIX. *De vestigio minando.*

Si quis bovem aut caballum vel quodlibet animal sibi furatum perdidit, & eum per vestigium sequendo fuerit consecutus infra tres noctes, & ille qui eum ducit, se comparasse aut concambiasse dixerit vel proclamaverit, ille qui per vestigium sequitur res suas, debet per tertiam manum adhramire. Si verò jam tribus noctibus exactis, qui res suas quaesierit & invenit, ille apud quem inveniuntur, si eas emisse aut concambiasse se dixerit, liceat ei adhramire. Quòd si ille qui per vestigium sequitur, quod se agnoscere dicit illo alio reclamante per tertiam manum

Tom. I.

adhramire noluerit, nec solem secundum legem culcaverit, sed ei violenter quod se agnoscere dicit tulisse convincitur, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XL. *De caballis furatis.*

I. Si quis caballum qui carrucam trahit furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis vvaranionem homini Franco furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis caballum spadatum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis vvaranionem Regis furaverit, ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis admiffarium cum grege, hoc est, cum septem aut duodecim equibus furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si autem de grege minus fuerit usque ad sex capita, & pretium & causam superius intimatam convenit observare.

VII. Si quis poledrum anniculum vel bimum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si verò sequentem poledrum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis jumenta aliena tribatterit, & evaserint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si autem mortua inde fuerint, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si quis equam pregnantem furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XII. Si quis jumentum aut caballum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. Si quis admiffarium alienum sine

V

LEX
SALICA.

consensu domini sui spadaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur; & per unumquodque jumentum, quæ ille continere confueverat, trien componat, quod est tertia pars solidi, id est, tredecim denarij & tertia pars unius denarij.

XIV. Si quis per superbiam aut per inimicitiam caballos aut jumenta aliena tribatterit vel debilitaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

XV. Si quis caballum alienum sine consensu domini sui excurtaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

XVI. Si quis caballum alienum excorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

XXI. *De his qui aliena mancipia sollicitaverint.*

I. Si quis mancipium alienum sollicitaverit, & convictus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si quis servum alienum plagiaverit, id est, per circumventionem de servitio domini sui abstraxerit, & trans mare sive in quamlibet regionem ipsum duxerit, & ibidem à domino suo inventus fuerit, & ipsum à quo in patria plagiatus est in malo publico nominaverit, & tres ibidem testes dominus habere debet, & iterum cum servus ipse de trans mare vel de qualibet regione fuerit revocatus, in altero mallo debet nominare qui eum plagiaverit, & ibidem similiter tres testes debent esse. Ad tertium verò mallo similiter fieri debet, ut novem testes jurent quòd servum ipsum æqualiter semper super plagiatores dicentem audissent. Sic postea qui eum plagiaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. Ea tamen ratione, ut nomina hominum & villarum æqualiter per totos tres mallos debeat nominare.

III. Si quis hominem ingenuum plagiaverit vel vendiderit, & postea in patriam reversus fuerit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis hominem ingenuum venderit, & postea in patriam ad propria reversus non fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XLIII. *De servo qui de furto fuerit interpellatus.*

I. Si cujus servus de furto fuerit interpellatus, si talis causa est unde ingenuus sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, servus super scamnum tensus centum viginti ictus accipiat.

II. Si verò antequam torqueatur fuerit confessus, & domino ejus ita placuerit, centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres, pro dorso suo reddat, & capitale dominus servi in locum restituat.

III. Si autem talis culpa fuerit de qua ingenuus mille quadringentis denarios, qui faciunt solidos triginta quinque, componere debeat, similiter servus centum viginti ictus accipiat tensus.

IV. Et si in ipso supplicio fuerit confessus, aut castretur, aut ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, solvat, dominus verò servi capitale in locum restituat requirenti.

V. Et si servus confessus non fuerit, & ille qui eum torquet, adhuc ipsum servum torquere voluerit, etiam nolenti domino servi pignus donare debet, & ipsum servum ad majora supplicia retinere. Et si postea servus ad majora supplicia traditus confessus non fuerit, qui eum torquebat, ipsum habeat, dominus verò servi de quo jam pignus acceperat, pretium pro ipso servo suo suscipiat.

VI. Si verò supra dominum servus confessus fuerit, nunquam illi credatur. VI. 146
144

VII. Si verò in majori crimine servus inculpatus fuerit, de quo ingenuus mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, posset culpabilis iudicari, & inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

VIII. Si autem servus de quolibet crimine inculpatus fuerit, & dominus servi ipsius præsens adfuerit, ab eo qui repetit admonetur ut servum suum ad justa supplicia dare non differat. Et qui repetit, virgas paratas habere debet, quæ in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant, & scamnum paratum habere debet, ubi servum ipsum tendere possit.

IX. Quòd si dominus servi supplicia distulerit, & servus præsens fuerit, continuo ipse qui repetit, domino servi solem collocet, & ad septem noctes placitum concedat ut servum ad supplicia tradat.

X. Si infra septem noctes servum ad supplicia distulerit tradere, solem ei iterat.

tò is qui repetit collocet, & sic iterum ad alias septem noctes placitum tribuat, id est, ut quatuordecim noctes à prima admonitione compleantur.

XI. Quod si impletis quatuordecim noctibus servum noluerit ad supplicia dare, omnem causam & compositionem dominus in se excipiat; hoc est, ut si talis causa fuerit de qua ingenuus sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, tantum ipse dominus servi reddat.

XII. Si verò major culpa fuerit, de qua ingenuus mille octingentos denarios, qui faciunt solidos quadraginta quinque, componere debeat, & dominus servum non representaverit, ipsum numerum solidorum reddat, & capitale in locum restituat.

XIII. Quòd si adhuc major culpa fuerit quæ servo requiritur, dominus servi non ut servus, sed ut ingenuus, totam legem super se solviturus accipiat.

XIV. Si autem servus absens fuerit, dominum servi is qui repetit admonere debet secretius ut servum suum infra septem noctes presentem faciat. Quòd si non fecerit, tunc repetens solem illi cum testibus collocet. Et si infra alias septem noctes ipsum servum non presentaverit, iterum repetens cum testibus solem ei collocet, & tertia vice adhuc septem noctes placitum illi concedat, id est, ut totus numerus ad viginti & unam noctem perveniat. Quòd si post tria placita servum noluerit ligatum ad supplicia dare, & per singula placita solem ei collocaverit, tunc dominus servi omnem repetitionem, sicut superius diximus, non ut servus, sed quasi ingenuus hoc commississet, talem compositionem repetenti restituat.

XV. Si verò ancilla in tali crimine inculpatur de quo servus castrari debuerat, ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, pro ipsa dominus reddat, aut ducentos quadraginta ictus accipiat flagellorum.

XLIII. De homicidiis ingenuorum.

I. Si quis ingenuus hominem Francum aut barbarum occiderit qui lege Salica vivit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò eum in puteum aut sub aquam miserit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

III. Si autem de ramis vel de hallis aut

Tom. I.

de qualibet re eum cooperuerit aut incenderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

IV. Si quis eum occiderit qui in trulle dominica est, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

V. Si verò in puteum aut sub aquam miserit, aut de hallis vel de ramis eum cooperuerit aut incenderit, septuaginta duobus mille denariis, qui faciunt solidos mille octingentos, culpabilis judicetur.

VI. Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit, duodecim mille denariis, qui faciunt solidos trecentos, culpabilis judicetur.

VII. Si Romanus homo possessor, id est, qui res in pago ubi commanet proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse convincitur, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis Romanum tributarium occiderit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

IX. Si quis hominem invenerit in quadruvio sine manibus & sine pedibus, quem inimici sui detruncatum dimiserint, & eum vita privaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

X. Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagus aut in quolibet præcipitium, ubi periculum mortis esse possit, impinxerit, & ille qui projectus est quolibet modo ab eodem periculo vivus evaserit, ille qui eum impinxerit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

XI. Si autem qui præcipitatus est mortuus fuerit, tota leude sua componatur. Atque ita unaquæque persona, quæ majori minorive compositione componi debuerat, si de præcipitio periculum mortis evaserit, medietate leudis suæ componatur qua componi debuerat si mortuus fuisset. Nam & si mortuus fuerit, unusquisque secundum modum leudis suæ componatur.

XII. Si quis hominem ingenuum cuiuslibet socio suo de quolibet crimine accusaverit, & per ejus commonitionem sive mendacium ille qui accusatus est occisus fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietatem leudis ejus componat. Ille verò qui eum

V ij

LEX
SALICA.

LXX
SALICA.

occidit, secundum legem pleniter cum componat.

XLIV. De homicidiis à contubernio factis.

I. Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adfallerit, & ibidem eum occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

II. Si verò in truste dominica ille qui occisus est fuerat, septuaginta duobus mille denariis, qui faciunt solidos mille octingentos, culpabilis iudicetur.

III. Quòd si corpus occisi hominis tres plagas vel amplius habuerit, tres qui inculpantur, & quòd in eo contubernio fuissent convincuntur, legem superius comprehensam singillatim cogantur exsolvere. Alij verò tres de eodem contubernio ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres adhuc in tertio loco de eodem contubernio, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, singuli eorum cogantur exsolvere.

IV. Si verò Romanus vel lidus in tali contubernio occisus fuerit, huius compositionis medietas solvatur.

XLV. De homicidiis in convivio factis.

I. Si in convivio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem coniectent. Quæ lex usque ad septem qui fuerint in convivio illo convenit observari.

II. Si vero in illo convivio plus quam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxij, sed quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant.

III. Si quis foris casa, sive iter agens, seu in agro positus, à contubernio fuerit occisus, & tres plagas vel amplius habuerit, tres de eodem contubernio qui convicti fuerint, singillatim mortis illius compositionem componant, & tres alij de ipso contubernio mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres adhuc alij de ipso contubernio sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, singuli eorum culpabiles iudicentur.

XLVI. De reippis.

I. Si quis homo moriens viduam dimiserit, & eam quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tun-
ginus aut Centenarius mallum indicent,

& in ipso mallo scutum habere debent, & tres homines causas tres demandare. Et tunc ille qui viduam accipere vult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solidos æquè pensantes & denarium habere debet. Et hoc factò, si eis convenit, viduam accipiat.

II. Si verò ista non fecerit, & sic eam acceperit, illi cui reippus debetur bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III. Si autem quæ superius diximus omnia secundum legem impleverit, & tres solidos & denarium ille cui reippus debetur acceperit, tunc eam legitimè accipiat.

IV. Hoc discernendum videtur, cui reippus debeat.

V. Si nepos fuerit fororis filius senior, ille reippum accipiat.

VI. Si verò nepos non fuerit, neptis filius senior ille accipiat.

VII. Quòd si nepos filius non fuerit, consobrinæ filius qui ex materno genere venit, ipse accipiat.

VIII. Si autem nec consobrinæ filius fuerit, tunc avunculus frater matris reippum accipiat.

IX. Si verò avunculus non fuerit, tunc frater illius qui ipsam mulierem antè habuerat, si in hereditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius, venturus non est, ipse reippum accipiat.

X. Quòd si nec ipse fuerit, tunc qui proximior fuerit post superius nominatos, qui singillatim secundum parentelam dicti sunt usque ad sextum geniculum, si in hereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reippum accipiat.

XI. Si autem nullus nisi post sextum geniculum proximus fuerit, in fiscum ipse reippus vel causa quæ inde orta fuerit colligatur.

XLVII. De eo qui villam alienam occupaverit, vel si duodecim mensibus eam tenuerit.

I. Si quis super alterum in villam migrare voluerit, & aliqui de his qui in villa consistunt eum suscipere voluerint, & vel unus ex ipsis extiterit qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat.

II. Si vero contra interdictum unius vel duorum in ipsa villa confedere præsumpserit, tunc interdictor testari debet illi cum testibus ut infra decem noctes inde exeat. Et si noluerit, iterum ad ipsum cum testibus veniat, & testetur illi ut infra alias

decem noctes secedat. Quod si noluerit, iterum tertio placito, ut infra decem noctes exeat, denuntiet. Si verò triginta noctes impletæ fuerint, & nec tunc voluerit exire, statim illum maniat ad mallum, & testes suos, qui ad ipsa placita fuerunt, secum præstos habeat. Si autem ipse cui testatum est venire noluerit, & cum aliqua funnis non detinuerit, & secundum legem supradictam testatus fuerit, tunc ipse qui ei testatus est super fortuna sua ponat, & Grafionem roget ut accedat ad locum, & ipsum inde expellat. Et si ibi aliquid elaboravit, quia legem noluit audire, amittat, & insuper mille ducentis denaris, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si verò quis alium in villam alienam migrare rogaverit antequam conventum fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si autem quis migraverit, in villam alienam, & ei aliquid intra duodecim menses secundum legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat sicut & alij vicini.

XLVIII. De affatome.

Hoc convenit observare, ut Tunginus vel Centenarius mallum indicent, & scutum in ipso mallo habeant. & tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo. & requiratur postea homo qui ei non pertinet, & sic festucam in laisum jactet, & ipse in cuius laisum festucam jactaverit dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare. Postea ipse in cuius laisum festucam jactaverit, in casa ipsius manere & hospites tres suscipere & de facultate sua, quantum ei datur, in potestate sua habere debet, & postea ipse cui creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante Regem aut in mallo legitimo illi cui fortunam suam deputavit reddere debet, & accipiat postea festucam in mallo ipso ante duodecim menses ipse quem heredem deputavit, in laisum suum jactet, & nec minus, nec majus, nisi quantum ei creditum est. Et si contra hoc aliquid dicere voluerit, debent tres testes jurati dicere quod ibi fuissent in mallo ubi Tunginus vel Centenarius indixerunt, & quod vidissent hominem illum, qui fortunam suam dedit, in laisum illius quem jam elegerat festucam jactare, & nominare illum debent qui fortunam suam in laisum electi jactavit, necnon & illum

in cuius laisum festucam jactavit, & heredem appellavit, similiter nominent. Et alteri tres testes jurati debent dicere quod in casa illius hominis qui fortunam suam donavit, ille in cuius laisum festucam jactavit, ibidem mansisset, & hospites tres vel amplius collegisset & pavisset, & ei ibidem gratias egissent, & in beo de suo pulvis manducassent, & testes collegissent. Ista omnia alij tres testes jurati dicere debent, quoniam in mallo legitimo vel ante Regem ille qui accepit in laisum suum fortunam in mallo publico, hoc est, ante Theada vel Tunginum, fortunam illam, quem heredem appellavit, publicè coram omnibus festucam in laisum ipsius jactasset. Et hæc omnia novem testes debent adfirmare.

XLIX. De furtis, hoc est, qualiter homo furatas res interiare debet.

Si quis qui lege Salica vivit servum aut ancillam, caballum vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum, & ille apud quem agnoscitur, debet adhrare. Et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscit, & apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant. Et in ipso placito quanticumque fuerint qui rem interiatam vendiderint aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat. Si quis verò commonitus fuerit, & aliqua funnis eum non detinuerit, & ad placitum venire distulerit, tunc ille qui cum eo negotiavit, habeat tres testes quod ei nuntiasset ut ad placitum venire debuisset, & alios tres similiter habeat quod cum eo publicè negotiasset. Hoc si fecerit, exivit se de latrocinio. Ille autem qui admonitus non venerit, super quem testes juraverint, erit latro illius qui res suas agnoscit, & ei secundum legem ipsas componat, & insuper pretium illi reddat qui cum eo negotiavit. Ista omnia ubi suis hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit aut interiatata, fieri debent. Quod si trans Ligerim aut Carbonariam manet ille apud quem res agnoscitur, in noctibus octuaginta lex ista custodiatur.

L. De falso testimonio.

I. Si quis falsum testimonium præbuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

LXX
SALICA.

LEX
SALICA.

II. Quòd si aliquis alicui imputaverit quòd se perjurasset, & non poterit affirmare, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Si alicui fuerit imputatum quòd se perjurasset, & hoc qui imputaverit affirmare poterit, tres de ipsis conjuratoribus perjuri unusquisque illorum sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Alij verò qui super ipsos tres fuerint, quis solidis culpabiles iudicentur.

V. Ipse verò cui imputatum fuerit, excepto causa vel capitale & delatura, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

LI. De testibus adhibendis.

I. Si quis testes necessarios habuerit, & fortasse ipsi ad placitum venire noluerint, ille qui eos necessarios habet manire illos debet cum testibus ad placitum ut ea quæ sciunt jurantes dicant.

II. Si verò noluerint venire, & eos sunnis non detinuerit, unusquisque illorum sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Si verò præsentem fuerint ad testimonium vocati, & noluerint jurando dicere ea quæ sciunt, & forbanniti fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, unusquisque illorum culpabilis iudicetur.

LII. De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.

I. Si quis ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit, tunc ille cui fides facta est, quadraginta noctes, aut quomodo placitum fecit quando fidem ei fecit, ad domum illius cum testibus ambulare debet, vel cum illis qui pretium adpretiare debent. Et si noluerit fidem factam solvere, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

II. Si verò adhuc supradictum debitum solvere noluerit, debet eum sic admallare: *Rogo te, iudex, ut hominem illum denominatum, grafachionem meum, qui mihi fidem fecit de debito tali denominato, secundum legem Salicam mihi inde cum adstringas.* Tunc iudex dicere debet: *Ego grafachium tuum illum in hoc mallo quòd lex Salica habet.* Tunc ille cui fides facta est debet testificari fidejussori ut nulli alteri nec solvat nec pignus donet solutionis antequam ei impleat unde fidem fecit. Et sic festinanter ad domum illius qui ei fidem fecit cum testibus accedat, & roget eum solvere debi-

tum suum. Quòd si noluerit, solem ei collocet. Et si ei solem culcaverit, tres solidos super debitum suum addat. Et sic usque ad tres vices per tres mannitas facere debet. Itis agitur omnibus factis, si adhuc noluerit debita componere, usque ad novem solidos debitum ascendat; id est, ut per singulas admonitiones, vel solem culcatum, terni solidi aderescant. Si verò nec fidem factam in placito legitimo solvere noluerit, tunc ille cui fides facta est ambulet ad Grafionem loci illius in cuius pago manet, accipiatque festucam, & dicat verbum istud: *Tu Grafio, rogo te quia ille homo denominatus, qui mihi fidem fecit, quem legitime habeo adallivum vel admallatum secundum legem Salicam, & ego super me & super fortunam meam pono quòd securus mitto in fortunam illius manum.* & dicat de quanta causa ei fidem fecerat. Tunc Grafio congreget secum septem Rachinburgios idoneos, & cum ipsis ad casam illius fidejussoris veniat, & roget eum, si præsens est, ita dicens: *Per voluntatem tuam solve homini isti de quo ei fidem fecisti, & hoc quòd debes secundum pretium legitime adpretiatum satisfacere stude.* Quòd si tunc adimplere noluerit præsens, aut si absens fuerit, statim Rachinburgij pretium adpretiatum, quantum debitum quòd debet valuerit, de fortuna illius tollant. Et si fredus antea de ipsa causa non fuerat datus, duas partes ille cuius causa est ad se revocet, & Grafio tertiam partem obtineat.

III. Si autem Grafio ibi invitatus non venerit, & sunnis eum aliqua non detinuerit, aut certa ratio dominica, & si distulerit ut ibi non ambulet neque mittat ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de vita componat.

LIII. De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas iniuste invitaverit.

I. Si quis Grafionem ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, antequam grafachium suum secundum legem habeat admallatum, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

II. Si verò Grafio invitatus contra legem super debitum justum aliquid amplius tulerit, aut se redimat, aut de vita componat.

LIV. De re prestata.

Si quis alteri de rebus suis aliquid præstiterit, & ei reddere noluerit, sic eum debet mallare. Cum testibus ad domum illius cui res præstavit accedat, & sic con-

testetur ei. *Quia res meas noluit reddere, quas tibi prestiti, in hoc cas tene nocte proxima quod lex Salica continet. & sic ei solem collocaet. Si nec tunc voluerit reddere, adhuc super septem noctes similiter contestetur, sicut antea fecit, ut nocte proxima secundum quod lex Salica continet res suas tenere debeat. Quod si nec tunc voluerit reddere, iterum post alias septem noctes ad eum similiter cum testibus veniat, & roget ut debitum suum reddat. Ergo si tunc noluerit reddere nec fidem facere reddendi, supra debitum quod ei prestitum est, & super illos novem solidos qui per tres admonitiones accreverunt, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.*

L.V. De manu ab aeneo redimenda.

I. Si quis ad aeneum mallatus fuerit, & forsitan convenit ut ille qui admallatus est manum suam redimat & juratores donet, si talis causa est de qua legitime, si convictus fuisset, sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, tunc centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, manum suam redimat.

II. Si vero plus ad manum suam redimendam dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset.

III. Si vero talis causa fuerit de qua, si convictus fuisset, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, debuisset solvere, & convenit ut manum suam redimat & juratores donet, novem solidis manum suam redimat.

IV. Quod si amplius dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset.

V. Quod si major culpa fuerit, de qua sexaginta duos solidos cum dimidio solvere, si convictus fuisset, deberet, & convenit ut manum suam redimat, cum solidis quindecim manum suam redimat.

VI. Et si amplius dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset. Ista redemptio usque ad leudem sic permaneat.

VII. Si autem leudem alter alteri imputaverit, & cum ad aeneum admallatum habet, & convenit ut manum suam redimat & juratores donet, cum solidis triginta manum suam redimat.

VIII. Et si amplius dederit, fredum Grafioni persolvat tamquam si de ipsa causa convictus extitisset.

L.VI. De eo qui Grafionem occiderit.

I. Si quis Grafionem occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

II. Si quis sagibaronem, qui puer Regis fuerat, occiderit, duodecim mille denarios, qui faciunt solidos trecentos, culpabilis iudicetur.

III. Si quis sagibaronem qui ingenuus est, & se sagibaronem posuit, occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

IV. Sagibarones in singulis mallobergiis, id est, ubi plebs quae ad unum mallum convenire solet, plus quam tres esse non debent. Et si causa aliqua ante illos secundum legem fuerit definita, ante Grafionem removere eam non licet.

L.VII. De corporibus expoliatis.

I. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terra mittatur, per furtum expoliaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Si quis tumulum super hominem mortuum expoliaverit vel dissipaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Si quis aristonem, hoc est, stapulum qui super mortuum missus est, capulaverit, aut mandualem, quod est ea structura sive selave, qui est ponticulus, sicut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc destruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, de unaquaque de istis sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis hominem mortuum super alium in nauso vel in petra miserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur.

V. Si quis corpus jam sepultum effodierit aut expoliaverit, vvargus sit, hoc est, expulsus de eodem pago usque dum cum parentibus defuncti convenerit ut & ipsi parentes rogati sint pro eo ut liceat ei infra patriam esse. Et quicumque antea panem aut hospitalitatem ei dederit, etiam si uxor ejus hoc fecerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

VI. Auctor vero sceleris hujus, si ipse hoc fecit, & comprobatus fuerit, vel alium ad istud faciendum locaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur.

VII. Si quis domum in modum basilicæ factam super hominem mortuum ex-

LEX
SALICA.

LEX
SALICA.

poliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

LVIII. *De incendio vel expoliatione Ecclesie, sive homicidiis Clericorum.*

I. Si quis Ecclesiam sanctificatam, vel ubi reliquie sanctorum recondite sunt, incenderit, vel infra ipsa Ecclesia aliquam expoliationem de altari aut infra Ecclesiam aliquid tulerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis Diaconem interfecerit, duodecim mille denariis, qui faciunt solidos quadringentos, culpabilis iudicetur.

III. Si quis Presbyterum interfecerit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis iudicetur.

LIX. *De eo qui ad mallum venire contempserit.*

Si quis ad mallum venire contempserit, & quod ei à Rachinburgiis iudicatum fuerit implere distulerit, si nec de compositione nec de ulla lege fidem facere voluerit, tunc ad Regis presentiam ipsum manire debet, & ibidem duodecim testes esse debent qui per singula placita jurando dicant quòd ibidem fuissent ubi Rachinburgij ei iudicassent, & ille decretum iudicium contempserit. Iterum alij tres jurare debent quòd ibidem fuissent post illam diem in qua ei Rachinburgij iudicaverunt ut aut per aneum aut per compositionem se educeret, hoc est, de illa die in quadraginta noctes in mallo iterum solem culcaverit, & nullatenus legem implere voluerit, tunc eum debet manire ante Regis presentiam in quatuordecim noctes, & tria testimonia jurando dicant quòd eum manisset. Quòd si nec tunc venerit, & ista omnia novem testimonia conjurando quæ superius diximus vera esse dixerint, similiter ei iterum solem culcet, & illos tres testes ibidem habeat. Vbi culcaverit solem, & ista omnia compleverit, qui eum admallat, & ille qui admallatur, ad nullum placitum venire nec per legem se educere noluerit, tunc Rex ad quem manitus est extra sermonem suum eum esse de iudicet, & ita ille culpabilis & omnes res suæ erunt in fisco, aut cui fisco dare voluerit. Et quicumque ei panem dederit, aut in hospitium collegerit, etiamsi uxor ejus propria sit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur, donec omnia quæ ei legibus imputantur, secundum legem componat.

LX. *De Rachinburgiis qui secundam legem non iudicant.*

I. Siquidem Rachinburgij in mallo residentes, cum causa discussa fuerit inter duos causatores, admoniti ab eo qui causam requirit ut legem Salicam dicant, & si legem dicere noluerint, tunc ab eo qui causam requirit sint iterum admoniti usque in tertia vice. Quòd si dicere noluerint, tunc dicat ille qui causam requirit: *Ego vos tangam usque dum vos inter me & contra causatorem meum legem iudicetis.* Et si tunc dicendi se legem distulerint, sole culcato septem de illis uniusquisque centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

II. Et si adhuc tunc Rachinburgij depexerint, nec legem dicere voluerint, neque de tribus solidis compositionem facere, tunc uniusquisque illorum septem culcato sole sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

III. Similiter si comprobati fuerint legem non iudicasse, septem ex eis uniusquisque sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Si autem Rachinburgij legem iudicaverint, & cui iudicatum fuerit hoc sustinere noluerit, & dicit contra legem iudicasse sibi, & hoc comprobare non poterit, contra unumquemque de septem Rachinburgiis sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

LXI. *De chrenechrada.*

Si quis hominem occiderit, & in tota facultate sua non habuerit unde totam legem implere valeat, duodecim juratores donet ut nec super terram nec sub terra amplius de facultate non habeat nisi quod donatum habet. Postea intrare debet in causam suam, & de quatuor angulis de terra illa in pugno suo colligere, & stare in durpilo, hoc est, in liminare, & intus captare, & cum sinistra manu de illa terra ultra suas scapulas iactare super quem proximiorum parentem habet. Quòd si jam pater aut mater vel frater solverint, tunc super sororem matris aut super suos filios debet illam terram iactare, id est, super tres de generatione matris qui proximiores sunt. Et postea in camisia discinctus, & discalcatus, cum palo in manu supra seipsum fallere debet, ut pro medietate, quantum de compositione digger est, aut quantum lex dicat, illi tres solvant. Idem illi alij, qui de paterna generatione

generatione veniunt, facere debent. Si verò aliquis ex illis pauperior fuerit, & non habet unde ad integrum debitum solvat, quicunque de illis amplius habet, iterum super illum chrenechruda ille qui pauperior est jactet, & ille totam legem componat. Quòd si nec ipse habuerit ut totam legem persolvat, tunc illum qui homicidium fecit, ille qui eum in fide sua habet, per quatuor malos presentem faciat. Et si eum nullus suorum per compositionem voluerit redimere, de vita componat.

LXII. *De alode.*

I. Si quis homo mortuus fuerit, & filios non dimiserit, si pater aut mater superfuerint, ipsi in hereditatem succedant.

II. Si pater aut mater non superfuerint, & fratres vel sorores reliquerit, ipsi hereditatem obtineant.

III. Quòd si nec isti fuerint, sorores patris in hereditatem ejus succedant.

IV. Si verò sorores patris non extiterint, sorores matris ejus hereditatem sibi vindicent.

V. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipsi in hereditatem succedant.

VI. De terra verò Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: sed ad virilem sexum tota terra hereditas perveniat.

LXIII. *De eo qui se de parentela tollere vult.*

I. Si quis se de parentela tollere voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, & ibi quatuor fustes alinos super caput suum frangat; & illas quatuor partes in mallo jactare debet, & ibi dicere ut & de juramento & de hereditate & de tota illorum se ratione tollat.

II. Et si postea aliquis de parentibus suis aut moritur aut occiditur, nihil ad eum de ejus hereditate vel de compositione pertineat.

III. Si autem ille occiditur aut moritur, compositio aut hereditas ejus non ad heredem ejus, sed ad fiscum pertineat, aut cui fiscus dare voluerit.

LXIV. *De charoena.*

I. Si quis alteri de manu aliquid per vim tulerit aut rapuerit, rem pro capitali restituat, & insuper mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Si quis homini aliquid quod ei in tertia manu missum fuerat per vim tulisse convincitur, mille ducentis denariis, qui

Tom. I.

faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

LXV. *De compositione homicidij.*

I. Si alicujus pater occisus fuerit, medietatem compositionis filij colligant, & aliam medietatem parentes qui proximiores fuerint tam de paterna quam de materna generatione dividant.

II. Quòd si de una parte, vel paterna, vel materna, nullus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perveniat, vel cui fiscus concesserit.

LXVI. *De homine in hoste occiso.*

I. Si quis hominem in hoste occiderit, triplici compositione componat, sicut in patria componere debuit; excepto si ex trustee regali non fuerit ille homo.

II. Nam si ex trustee regali fuerit, eadem compositione quam infra patriam facere debuit culpabilis judicetur, hoc sunt denarii septuaginta duobus mille, qui faciunt solidos mille octingentos.

LXVII. *De eo qui alterum hereburgium clamaverit.*

I. Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc est, strioportium, aut qui æneum portare dicitur ubi stria concinunt, & convincere non potuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si quis mulierem ingenuam striam clamaverit aut meretricem, & convincere non potuerit, septem mille quingentis denariis, qui faciunt solidos centum octuaginta septem cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si stria hominem comederit, & convicta fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

LXVIII. *De caballo excoriato.*

I. Si quis caballum alienum sine consensu possessoris decorticaverit, & interrogatus, fuerit confessus, caballum ipsum in capite restituat.

II. Si verò negaverit & convictus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, excepto capitale & delatura, culpabilis judicetur.

LXIX. *De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiserit.*

I. Si quis hominem de bargo vel de furca sine voluntate judicis dimiserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

LXX
SALICA.

X

LEX
SALICA.

II. Si quis hominem sine consensu iudicis de ramo ubi incrocatus est deponere præsumpserit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis iudicetur.

III. Si quis caput hominis, quod inimicus suus in palo miserit, sine permisso iudicis aut illius qui eum ibi posuit tollere præsumpserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis vivum hominem de furca dimiserit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur.

LXX. *De eo qui filiam alienam quæsierit, & se retraxerit.*

Si quis filiam alienam ad conjugium quæsierit præsentibus suis & puellæ parentibus, & postea se retraxerit, & eam accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos

cum dimidio, culpabilis iudicetur.

LXXI. *De terra condemnata.*

Si quis terram alienam condemnaverit, & ei fuerit adprobatum, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.

In codice Mazarino bibliothecæ regię sequens caput additur in fine legis Salicæ.

LXXII. *De iniuriis stricto.*

I. Si quis pitto alterius excusserit invita stricto, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

II. Si verò contra voluntatem domini, & negare voluerit, & ei fuerit adprobatum, capitale restituat, & insuper mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur.

EXPLICIT LEX SALICA.

RECAPITVLATIO SOLIDORVM.

Sciendum est quod in quibusdam libellis legis Salicæ inveniuntur capitula principalia sexaginta quinque, in quibusdam verò septuaginta, in quibusdam etiam paulò plus aut paulò minus. Continentur alia capitula in quibusdam codicibus CCCLVIII. in quibusdam verò plus minusve. Habent etiam species in quibusdam libellis viginti septem, in quibusdam verò minus vel paulò plus.

Inquirendum est compositionis legis Salicæ quot varietates, & quem numerum perminum, quem verò permaximum habeant divisionis. Compositiones sunt CCCLVIII. varietates XXXI.

I. Incipit autem à septem denariis, ut si quis agnum furaverit.

II. Inde ad decem, ut si quis alterius messem damnaverit.

III. Inde ad solidum unum, ut si quis porcellum, qui sine matre vivere potest, foris domum furaverit.

IV. Inde ad solidum unum & tremissem, ut si quis alterius servum cædit.

V. Inde ad solidos tres, ut si quis tres capras furaverit. Hæc compositio trium solidorum in quadraginta tribus locis legis Salicæ habetur.

VI. Inde ad solidos tres & denarium

unum, ut si quis viduam in conjugium voluerit sociare.

VII. Inde ad solidos quinque. Hi sunt qui in raptu secundum legem componunt. Hæc compositio in duobus locis habetur.

VIII. Inde ad solidos sex pro redemptione servi ut non castratur. Hæc compositio sex solidorum in quinque locis habetur.

IX. Inde ad solidos septem & dimidium, ut si quis scrofam alterius subbatit ut porcellos non habeat.

X. Inde ad solidos novem, ut si quis alterum clauso pugno percussit. Hæc compositio novem solidorum in tribus locis habetur.

XI. Inde ad solidos duodecim & dimidium, ut si quis servum ministerialem in mortis periculum immiserit, & eum Deus liberaverit.

XII. Inde ad solidos quindecim, ut si quis sponfam alterius tulerit. Hæc compositio quindecim solidorum in nonaginta & tribus locis habetur.

XIII. Inde ad solidos septemdecim & dimidium, ut si quis alterius verrem furaverit. Hæc compositio septemdecim solidorum cum dimidio in tribus locis habetur.

XIV. Inde ad solidos viginti duos & dimidium, ut si quis tributarium Romanum in pelagus impinxerit.

XV. Inde ad solidos viginti quinque, ut si quis servum ministerialem occiderit. Hæc compositio in duobus locis habetur.

XVI. Inde ad solidos triginta, ut si quis alterius ancillam furaverit. Hæc compositio triginta solidorum in viginti sex locis habetur.

XVII. Inde ad solidos triginta quinque, ut si quis servum alterius furaverit. Hæc compositio triginta quinque solidorum in viginti octo locis habetur.

XVIII. Inde ad solidos quadraginta quinque, ut si quis vvaranionem furaverit. Hæc compositio quadraginta quinque solidorum in triginta sex locis habetur.

XIX. Inde ad solidos quinquaginta, ut si quis Romanum in pelagus impinxerit.

XX. Inde ad solidos sexaginta duos & dimidium, ut si quis hominem percutere voluerit cum gladio, & cum non tetigerit. Hæc compositio sexaginta duorum solidorum cum dimidio in quadraginta locis habetur.

XXI. Inde ad solidos septuaginta, ut si quis servum aut ancillam ministerialem furaverit.

XXII. Inde ad solidos septuaginta quinque, ut si quis servum ministerialem in hoste occiderit.

XXIII. Inde ad solidos nonaginta,

ut si quis vvaranionem Regis furaverit. Hæc compositio nonaginta solidorum in tribus locis habetur.

XXIV. Inde ad solidos centum, ut si quis Romanum occiderit. Hæc compositio centum solidorum in viginti quatuor locis habetur.

XXV. Inde ad solidos centum octuaginta septem & dimidium, ut si quis mulierem striam vel meretricem clamaverit.

XXVI. Inde ad solidos ducentos, ut si quis hominem ingenuum occiderit. Hæc compositio ducentorum solidorum in septemdecim locis habetur.

XXVII. Inde ad solidos trecentos, ut si quis lidum alienum in hoste occiderit. Hæc compositio trecentorum solidorum in duobus locis habetur.

XXVIII. Inde ad solidos sexcentos, ut si quis hominem ingenuum in hoste occiderit. Hæc compositio sexcentorum solidorum in quatuordecim locis habetur.

XXIX. Inde ad solidos septingentos, ut si quis mulierem habentem in utero parvulum occiderit.

XXX. Inde ad solidos nongentos, ut si quis Romanum vel lidum in truste dominica occiderit.

XXXI. Inde ad solidos mille octingentos, ut si quis hominem in truste dominica occiderit & in puteum jactaverit. Hæc compositio mille octingentorum solidorum in duobus locis habetur.

INCIPIUNT SENTENTIÆ DE SEPTEM
septenis, hoc sunt pariculas causas.

I. Si quis basilicam incenderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Titulo LVIII. cap. 1.*

II. Si quis Francus Francum occiderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XLIII. cap. 1.*

III. Si quis villam alienam adfallerit, & ibidem ostia fregerit, & canes occiderit, & homines plagaverit, vel aliquid exinde in carro duxerit, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XVI. cap. 3.*

IV. Si quis alicui herbas dederit bibere

unde moriatur, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XXI. cap. 1.*

V. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XIV. cap. 12.*

VI. Si quis hominem mortuum effodierit & expoliaverit, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XVII. cap. 2.*

VII. Si quis Francus Francum venderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit. XLI. cap. 4.*



CAPITVLARE INTERROGATIONIS

AD EPISCOPOS

DE PRESBYTERIS CRIMINOSIS.

Certum est Karolum Magnum multum laborasse ut quietam ac tranquillam vitam procuraret populis sibi subiectis, precipue vero viris ecclesiasticis, ac propterea omni studio in id incubuisse ut vitam eorum moreseque ad optimum exemplar componeret. Duæ in primis res animum ejus valde occuparunt, quid agendum foret de Presbyteris criminosis non convictis neque confessis, & quid Chorepiscopis liceret, quidve non liceret. Ea de causa Arnonem Archiepiscopum Iuvavensem & alios quosdam misit ad Leonem III. Pontificem Romanum anno DCCCXCIX. aut circiter, ut ejus responsis edoctus, rei finem imponeret quæ tum multum habebat difficultatis ac laboris. Interim regni sui Episcopos per literas admonuit legationis à se Romam misse, ut & ipsi serio cogitarent quid fieri deberet, ac postea in commune consulerent coram Imperatore. Epistola ejus missa ad Episcopos non extat integra. Superest tantum ea pars in qua agitur de Presbyteris criminosis, relata in libro v. Capitularium cap. XXXV. & apud Hincmarum in epistola XLVIII. cap. I.

FRAGMENTVM EPISTOLÆ IMPERATORIÆ.

ET hoc vobiscum magno studio pertractandum est, quid de illis Presbyteris unde approbatio non est, & semper negant, faciendum sit. Nam hoc sepiissime à nobis & progenitoribus atque antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liquidum hæctenus definitum. Vnde ad consulendum patrem nostrum Leonem Papam sacerdotes nostros mittimus. Et quicquid ab eo vel à suis perceperimus, vobis, unà cum illis quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdum vicissim tractate adtentius quid ex his vobiscum constituamus unà cum prædicti sancti patris institutionibus; ut murmur cesset populi, & nos his satisficientes, in læsi, Domino auxiliante, ab utriusque maneamus.

CAPITVLA DATA POST REDITVM LEGATORVM

A SEDE APOSTOLICA.

De Chorepiscopis, ne deinceps fiant.

VI. 127.

Placuit ne Chorepiscopi à quibusdam deinceps fiant; quoniam hæctenus à nescientibus sanctorum patrum & maxime Apostolicorum decretis suisque quietibus ac delectationibus inhaerentes facti sunt. Idcirco & olim per sepe & nostro à sancta apostolica sede tempore sunt

prohibiti, & ne deinceps à quoquam tam ordinante quam ordinari cupiente talis præsumptio assumatur, à cunctis nostri regni Episcopis est in synodo canonicè prohibitum.

Ut si Chorepiscopi aliquam consecrationem aut confirmationem fecerint, ab Episcopis canonicè reformentur.

II. Hominum confirmatio, Ecclesia. VI. 129.

rum, altarium, virginum, chrismatum, Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum consecrationes à Chorepiscopis factæ, ab Episcopis qui canonicè ordinati sunt reformandæ canonicèque sunt peragenda, quia Chorepiscopi hæc contingere non debuerunt nec agere potuerunt. Non enim ea tribuere valuerunt quæ non habuerunt. Nequaquam enim talis ordinatio vel consecratio reiteratio esse à prudentibus & rectè sapientibus videtur, sed irrita indubitanter fore agnoscitur. Si quis autem Chorepiscoporum aliquid ex prædictis agere tentaverit, non acta sed imperfecta atque irrita erunt, & ipse omni ecclesiastico irrevocabiler careat gradu.

De Presbyteris & ministris Ecclesie, ut à suis & non ab aliis Episcopis chrisma petant vel accipiant.

VII. 394. III. In singulis Episcoporum parochiis Presbyteri eorumque ministri non à quibuslibet Episcopis, sed à suis propriis, chrisma petant vel accipiant. Nec alio unquam tempore, juxta sacros canones vel secundum morem Romanum, nisi in cena Domini sanctum chrisma conficiatur. Quibus etiam diebus Presbyteris vel eorum ministris canonicè dispensandum est, sed non aliis tradendum nisi solummodo Presbyteris vel Diaconibus aut Subdiaconibus bene fidelibus. Indignum enim est ut alij illud suscipiant nisi illi qui hoc in tradendo usuri sunt.

De Chorepiscoporum cassanda superstitione.

IV. Similiter & hoc statutum est, ut à Chorepiscopis, qui juxta sanctorum decreta locum septuaginta Discipulorum id est Presbyterorum tenent, vel ab ipsis Presbyteris nec virginum consecratio, nec

sancti Spiritus traditio, nec Ecclesiarum vel altarium consecratio, vel illa quæ solis Episcopis debentur, fiat. Nam si à duobus Episcopis Episcopus non potest consecrari, quomodo ille Episcopus erit, aut aliquid de episcopali ministerio, nisi quantum Presbyter, cujus locum in Ecclesia tenet, agere poterit: Omnia ergo quæ isti præsumptiosi de episcopali ministerio egerunt, irrita esse comprobantur & effectu carere, atque per omnia tam ab apostolica sede quam & omnium Episcoporum decreto irrita esse, & potius nociva quam aliqua adjumenta sunt judicata, ac sæpius interdicta. Ideoque ne fiant sub anathematis vinculo interdicimus, atque qui ab eis sunt polluti potius quam sanctificati in meliorem statum canonicè, id est, à tribus ordinatis Episcopis, ut reformentur jubemus: quia reformatio non est iteratio, sed ecclesiastica & canonica perfectio.

De his qui à Chorepiscopo confirmati sunt.

V. Si quis ab Episcopo, & non à Chorepiscopo, qui non Episcopus, sed Vicarius Episcopi, priusquam prohibiti essent, & erant & dicebantur, fuerit confirmatus, reiterari talis confirmatio non debet. Nam Chorepiscopante apostolicam atque synodalem prohibitionem non ex septuaginta Discipulorum, ut sacri canones testantur, ordine erant, quos nunquam Spiritum paraclitum tradidisse novimus. Sed quia olim, ut dictum est, jamdicti Chorepiscopi prohibiti sunt, ideo modò nihil sunt, nec Spiritum paraclitum ullo unquam tempore tradere non potuerunt, nec modò possunt. Quapropter non apparet iteratum quod olim canonicè non agnoscitur patratum.

EDICTVM DOMINICVM

De honore & adiutorio Episcopis præstando à Comitibus & aliis iudicibus, datum circa annum Christi DCCC.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum dilectis Comitibus seu Iudicibus & Vassis nostris, Vicariis, Centenariis, vel omnibus Missis nostris & Agentibus. Cognoscat utilitas vestra quia resonit in auribus nostris quorundam præsumptio non modica, quòd non ita ob-

temperetis Pontificibus nostris seu sacerdotibus quemadmodum canonum & legum continet auctoritas, ita ut Presbyteros nescio qua temeritate præsentari Episcopis denegetis, insuper & aliorum Clericos usurpare non pertimescatis, & absque consensu Episcopi in vestras Ecclesias mittere audeatis. Necnon & in ve-

X iij

stris ministeriis Pontifices nostros talem potestatem habere non permittatis qualem recitudo ecclesiastica docet. Insuper nonas & decimas vel census improba cupiditate de Ecclesiis unde ipsa beneficia sunt abstrahere nitimini, & precarias de ipsis rebus, sicut à nobis dudum in nostro Capitulare institutum est, accipere negligitis, & ipsam sanctam Dei Ecclesiam unà cum ipsis Episcopis vel Abbatibus emendare juxta vires vestras denegatis. Quapropter nos unà cum consensu Episcoporum nostrorum, Abbatum, necnon & aliorum sacerdotum hæc instituta partibus vestris direximus. Præcipientes enim jubemus ut nullus quilibet ex fidelibus nostris à minimo usque ad maximum in his quæ ad Deum pertinent Episcopo suo in-

Capitulare
anni 779.
c. 13.
Capitulare
Francof. c.
23.

bediens parere audeat de supradictis capitulis seu aliis eruditionibus ad illorum ministerium pertinentibus, sed cum bona voluntate & omni mansuetudine subjectionis unusquisque sacerdoti suo propter Deum & pacis studium obtemperare studeat. Si quis autem, quod absit, unus ex vobis ullus de nonis & decimis censibusque reddendis atque precariis renovandis negligens apparuerit, & importunus Episcopis nostris de his quæ ad ministerium illorum pertinere noscuntur, vel sicut in Capitulare dudum à nobis factò continetur, contradicere præsumpserit, sciat se proculdubio, nisi se citò correxerit, in conspectu nostro exinde dicere rationem. Et ut has litteras certius credatis, de anulo nostro subter eas decrevimus roborare.

CAPITVLARE

DE VILLIS KAROLI MAGNI.

Datum per annos regni illius, id est, antè quàm fieret Imperator.

Incipit Capitulare de villis & curiis Imperatoris.

I. Volumus ut villæ nostræ, quas ad opus nostrum seruendum institutas habemus, sub integritate partibus nostris deserviant, & non aliis hominibus.

II. Vt familia nostra bene conservata sit & à nemine in paupertate missa.

III. Vt non præsumant iudices nostram familiam in eorum seruitium ponere. Non corvadas, non materiam cædere, nec aliud opus sibi facere cogant. Et neque ulla dona ab ipsis accipiant, non caballum, non bovem, non vaccam, non porcum, non vervecem, non porcellum, non agnellum, nec aliam causam, nisi buticulas & ortum, poma, pullos, & ova.

IV. Si familia nostra partibus nostris aliquam fecerit fraudem de latrocinio aut alio neglecto, illud in caput componat, de reliquo verò pro lege recipiat disciplinam vapulando, nisi tantum pro homicidio & incendio, unde seida exire potest. Ad reliquos autem homines justitiam eorum, qualem habuerint, reddere studeant, sicut lex est. Pro seida verò nostra, ut di-

ximus, familia vapuletur. Franci autem qui in fiscis aut villis nostris commanent, quicquid commiserint secundum legem eorum emendare studeant, & quod pro seida dederint ad opus nostrum veniat, id est, in peculio aut in alio pretio.

V. Quando iudices nostri labores nostros facere debent, seminare, aut arare, messes colligere, foenum secare, aut vindemiare, unusquisque in tempore laboris ad unumquemque locum provideat ac instituire faciat quomodo factum sit, ut bene salva sint. Si intra patriam non fuerit, aut in quali loco iudex venire non potuerit, Missum bonum de familia nostra aut alium hominem bene creditum causas nostras ad providendum dirigat, qualiter ad perfectum veniant, & iudex diligenter provideat ut fidelem hominem transmittat ad hanc causam providendam.

VI. Volumus ut iudices decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad Ecclesias quæ sunt in nostris fiscis, & ad alterius Ecclesiam nostra decima data non fiat nisi ubi antiquitus institutum fuit. Et

non alij Clerici habeant ipsas Ecclesias nisi nostri aut de familia aut de capella nostra.

VII. Vt unusquisque iudex suum seruitium pleniter perficiat, sicut ei fuerit denuntiatum. Et si necessitas euenit quod plus seruire debeat, tunc computare faciat si seruitium debeat multiplicare in noctes.

VIII. Vt iudices nostri vineas recipiant nostras, quæ de eorum sunt ministerio, & bene eas faciant, & ipsum vinum in bona mittant vascula, & diligenter providere faciant quod nullo modo naufragium sit. Aliunde vinum peculiare comparando emere faciant, unde ad villas dominicas condirigere possint. Et quandoquidem plus de ipso vino comparatum fuerit quam ad villas nostras condirigendum mitti opus sit, nobis innotescat, ut nos commendemus qualiter nostra fuerit exinde voluntas. Cippaticos etiam de vineis nostris ad opus nostrum mittere faciant. Censâ de villis nostris, quæ vinum debent, in cellaria nostra mittant.

IX. Volumus ut unusquisque iudex in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum, & siculas per sextaria octo, & corborum eo tenere habeat sicut & in palatio habemus.

X. Vt maiores nostri, & forestarij, poledrarij, cellularij, decani, telonarij, & ceteri ministeriales ea faciant, & fogales donent de mansis eorum, pro manuopera verò eorum ministeria bene provideant. Et qualiscunque major habuerit beneficium, suum Vicarium mittere faciat, qualiter & manuopera & ceterum seruitium pro eo adimplere debeat.

XI. Vt nullus iudex mansionaticos ad suum opus, nec ad suos canes, super homines nostros atque in forestas nullatenus prendat.

XII. Vt nullus iudex obsidem nostrum in villa nostra commendare faciat.

XIII. Vt equos episcopios, id est, vvaraniones, bene provideant, & nullatenus eos in uno loco diu stare permittant, ne fortè per hoc pereant. Et si aliquis talis, qui bonus non sit, aut veteranus sit ***. Si verò mortuus fuerit, nobis nuntiare faciant tempore congruo, antequam tempus veniat ut inter iumenta mitti debeat.

XIV. Vt iumenta nostra bene custodiant, & poledros ad tempus segregent. Et si pultræ multiplicatæ fuerint, sepa-

ratæ fiant, & gregem per se exinde adunare faciant.

XV. Vt poledri nostri Missa sancti Martini hiemale ad palatium omnimodis habeant.

XVI. Volumus ut quicquid nos aut Regina unicuique iudici ordinaverimus, aut ministeriales nostri Sinescalcus & Buticularius de verbo nostro aut Reginae ipsius iudicibus ordinaverint, ad eorundem placitum, sicut eis institutum fuerit, impletum habeant. Et quicumque per negligentiam dimiserit, à potu se abstineat, postquam ei nuntiatum fuerit, usque dum in præsentia nostra aut Reginae veniat, & à nobis licentiam quærat absolvendi. Et si iudex in exercitu aut in vvahta seu in ambasiato vel aliubi fuerit, & junioribus ejus aliquid ordinatum fuerit, & non compleverint, tunc ipsi pedestres ad palatium veniant, & à potu & carne se abstineant, interim quidem rationes deducant propter quod hoc dimiserunt, & tunc recipiant sententiam aut in dorso aut quomodo nobis vel Reginae placuerit.

XVII. Quantascunque villas unusquisque in ministerio habuerit, tantos habeat deputatos homines qui apes ad opus nostrum provideant.

XVIII. Vt ad farinarias nostras pullos & aucas habeant juxta qualitatem farinariae, vel quantum melius potuerint.

XIX. Ad securas nostras in villis capitaneis pullos habeant non minus centum & aucas non minus triginta. Ad mansionales verò pullos habeant non minus quinquaginta, aucas non minus quam duodecim.

XX. Unusquisque iudex fructa semper abundanter faciant omni anno ad curtem venire, excepto **** visitationes eorum per vices tres aut quatuor seu amplius.

XXI. Vivarios in curtis nostris unusquisque iudex ubi antea fuerunt habeat, & si augeri potest, augeat. Et ubi antea non fuerint, & modò esse possunt, noviter fiant.

XXII. Coronas de racemis, qui vineas habuerint, non minus tres aut quatuor habeant.

XXIII. In unaquaque villa nostra habeant iudices vaccaritas, porcaritas, berbicaritas, capraritas, hircaritas, quantum plus potuerint: & nullatenus sine hoc esse debent. Et insuper habeant vaccas ad illorum seruitium perficiendum commendatas per servos nostros, qualiter pro ser-

vito ad dominicum opus vaccaritiæ & carrucæ nullo modo minoratæ sint. Et habeant quando fervierint ad canes dandum, boves cloppos non languidos, & vaccas sive caballos non scabiosos, aut alia pecora non languida. Et, ut diximus, per hoc vaccaritiæ & carrucas non minorent.

XXIV. Quicquid ad discum nostrum dare debent, unusquisque iudex in sua habeat plebeio, qualiter bona & optima atque bene studiosè & nitidè omnia sint composita quicquid dederint. Et unusquisque iudex habeat de annona pastos per singulos dies ad suum servitium, ad mensam nostram quando fervierit. Et reliqua dispensa similiter in omnibus bona sit, tam farina, quàm & peculium.

XXV. De pastione autem Kal. Septemb. indicare faciant, si fuerit, annon.

XXVI. Majores verò amplius in ministerio non habeant nisi quantum in una die circumire aut providere potuerint.

XXVII. Casæ nostræ indefinenter foca & vvaçtas habeant, ita ut salvæ sint. Et quando Missi vel legatio ad palatium veniunt vel redeunt, nullo modo in curtes dominicas mansionaticas prendant, nisi specialiter iussio nostra aut Reginæ fuerit. Et Comes de suo ministerio, vel homines illi qui antiquitus consueti fuerunt Missos aut legationes soniare, ita & modò inantea & de parveridis & omnia eis necessaria solito more soniare faciant, qualiter bene & honorificè ad palatium venire vel redire possint.

XXVIII. Volumus ut per annos singulos intra quadragesima, dominica in palmis, quæ Osanna dicitur, juxta ordinationem nostram argentum de nostro laboratu, postquam cognoverimus de præfenti anno quanta sit nostra laboratio, deferre studeant.

XXIX. De clamatoribus ex hominibus nostris unusquisque iudex provideat, ut non sit eis necesse venire & ad nos proclamare; & dies, quos servire debent, per negligentiam non dimittat perdere. Et si habuerit servus noster forinsecus justitias ad quaerendum, magister ejus cum omni intentione deceret pro ejus justitia. Si aliquo loco minimè eam accipere valuerit, tamen ipsi servo nostro pro hoc fatigare non permittat, sed magister ejus per semetipsum aut suum Missum hoc nobis notum facere studeat.

XXX. Volumus unde servire debent ad opus nostrum, ex omni conlaboratu

eorum servitium segregare faciant; & unde carra in hostem carrigari debent, similiter segregentur tam per domos quàm & per pastores, & sciant quantum ad hoc mittant.

XXXI. Vt hoc ad parveredarios vel gentias dare debent, simili modo unoquoque anno separare faciant, & tempore opportuno pleniter donent, & nobis dicere sciant qualiter inde faciunt vel unde exit.

XXXII. Vt unusquisque iudex provideat quomodo sementem bonam & optimam semper de comparatu vel aliunde habeat.

XXXIII. Post ista omnia segregata & seminata atque pacta, quicquid reliquum fuerit exinde de omni conlaboratu usque ad verbum nostrum salvetur, quantum secundum iussionem nostram aut venundetur aut reservetur.

XXXIV. Omnino providendum est cum omni diligentia ut quicquid manibus laboraverint aut fecerint, id est, lardum, sicum, sulcia, niufaltum, vinum, acetum, moratum, vinum coctum, garum, synapi, formaticum, butyrum, bracios, cervisias, medum, mel, ceram, farinam, omnia cum summo nitore sint facta & parata.

XXXV. Volumus ut de verbecibus crassis focia fiat, sicut & de porcis; & insuper habeant boves faginatos in unaquaque villa non minus quàm duos aut ibidem ad focciandum aut ad nos deducendum.

XXXVI. Vt silvæ vel forestes nostræ bene sint custoditæ; & ubi locus fuerit ad stirpandum, stirpare faciant, & campos de silva increfcere non permittant. Et ubi silvæ debent esse, non eas permittant nimis capulare atque damnare. Et feramina nostra intra forestes bene custodiant. Similiter accipitres & spervarios ad nostrum profectum provideant; & censa nostra exinde diligenter exactent. Et iudices, si eorum porcos ad faginandum in silvam nostram miserint, vel majores nostros, aut homines illorum, ipsi primillam decimam donent ad exemplum bonum perferendum, qualiter postmodum ceteri homines illorum decimam pleniter persolvant.

XXXVII. Vt campos & culturas nostras bene componant, & prata nostra ad tempus custodiant.

XXXVIII. Vt aucas pastas & pullos pastos ad opus nostrum semper, quando servire

servire debent, aut ad nos transmittere, sufficienter habeant.

XXXIX. Volumus ut pullos & ova, quos servientes vel mansuarij reddunt, per singulos annos recipere debeant; & quando non servierint, ipsos venundare faciant.

XL. Ut unusquisque iudex per villas nostras singulares etlehas, pavones, falsianos, enetas, columbas, perdicces, turtures, pro dignitatis causa omnimodis semper habeant.

XLI. Ut ædificia intra curtes nostras, vel sèpes in circuitu, bene sint custodita. Et stabula atque coquina, & pistrina, seu torcularia, studiosè præparata fiant; quatenus ibidem condignè ministeriales nostri officia eorum bene nitidè peragere possint.

XLII. Ut unaquæque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatias, batlinias, drappos, ad discum bancales, vasa ærea, plumbea, ferrea, lignea, andedos, catenas, cramaculos, delaturas, secures, id est, cumadas, terebras, id est, caradros, scalpros, vel omnia utensilia ibidem habeant, ita ut non sit necessè aliubi hoc querere aut commodare. Et ferramenta quæ in hostem ducunt in eorum habeant plebio, qualiter bonæ sint. Et iterum, quando revertuntur, in camera mitantur.

XLIII. Ad genitia nostra, sicut institutum est, opera ad tempus dare faciant, id est, linum, lanam, vvasca, vermicula, vvariantia, pectines, laminas, cardones, saponem, unctum, vascula, & reliqua minutia quæ ibidem necessaria sunt.

XLIV. De quadragesimali dux partes ad sextam *** de leguminibus quoque, & de piscato, seu formatico, butyro, melle, sinape, aceto, milio, panicio, herbulas siccas vel virides, radices, napsos insuper, & cacoram, ma. sec. vel saponem, atque cetera minutia. Et quod reliquum fuerit, nobis per brevem, sicut supra diximus, innotescant; & nullatenus hoc prætermittant, sicut usque nunc fecerunt, quia per illas duas partes volumus cognoscere de illa tertia quæ remansit.

XLV. Ut unusquisque iudex in suo ministerio bonos habeat artifices, id est, fabros ferrarios, & aurifices, vel argentarios, futores, tormatores, carpentarios, scutatores, precatores, accipitares, id est, aucellatores, saponarios, siceratores, id est, qui cervisiam vel pomatium sive pira-

tium vel aliud quodcumque liquamen ad bibendum aptum fuerit facere sciant, pistores qui simulas ad opus nostrum faciant, retiatores qui retia facere bene sciant tam ad venandum, necnon & reliquos ministeriales quos ad numerandum longum est.

XLVI. Ut lucos nostros, quos vulgus brogilos vocat, & ad tempus semper emendent, & nullatenus expectent ut necessè sit à novo reædificare. Similiter faciant & de omni ædificio.

XLVII. Ut venatores nostri, & falconarij, vel reliqui ministeriales, qui nobis in palatio assidè deferviunt, consilium in villis nostris habeant secundum quod nos aut Regina per literas iusserimus, quando ad aliquam utilitatem eos miserimus, aut Simiscalcus & Buticularius de nostro verbo eis aliquid facere præceperint.

XLVIII. Ut torcularia in villis nostris bene sint præparata. Et hoc prævideant iudices, ut vindemia nostra nullus pedibus premere præsumat; sed omnia nitida & honesta sint.

XLIX. Ut genitia nostra bene sint ordinata, id est, de casis, pistis, tugurijs, id est, sercones & sèpes bonas in circuitu habeant, & portas firmas, qualiter opera nostra bene peragere valeant.

L. Ut unusquisque iudex provideat quanti poledri in uno stabulo stare debeant, & quanti poledrarij cum ipsis esse possint. Et ipsi poledrarij, qui liberi sunt, & in ipso ministerio beneficia habuerint, de illorum vivant beneficiis. Similiter & fiscalini qui mansos habuerint, inde vivant. Et qui hoc non habuerint, de dominica accipiat provendam.

LI. Provideat unusquisque iudex ut sementia nostra nullatenus pravi homines subter terram vel aliubi abscondere possint, & propter hoc messis rarior fiat. Similiter & de alijs maleficijs illos provideant, ne aliquando facere possint.

LII. Volumus ut de fiscalibus, vel servis nostris, sive ingenuis, qui per fiscos aut villas nostras commanent, diversis hominibus plenam & integram, qualem habuerint, reddere faciant iustitiam.

LIII. Ut unusquisque iudex provideat qualiter homines nostri de eorum ministerio latrones vel malefici nullo modo esse possint.

LIV. Ut unusquisque iudex provideat quatenus familia nostra ad eorum opus bene laboret, & per mercata vacando non eat.

L V. Volumus ut quicquid ad nostrum opus iudices dederint, vel servierint, aut sequestraverint, in uno brevi conscribi faciant, & quicquid dispensaverint, in alio; & quod reliquum fuerit, nobis per brevem innotescant.

L VI. Ut unusquisque iudex in eorum ministerio frequentius audientias teneat, & iustitiam faciat, & provideat qualiter rectè familie nostræ vivant.

L VII. Si aliquis ex servis nostris super magistrum suum nobis de causa nostra aliquid veller dicere, vias ei ad nos veniendi non contradicat. Et si iudex cognoverit quòd iuniores illius adversus eum ad palatium proclamando venire velint, tunc ipse iudex contra eos rationes deducendi ad palatium venire faciat, qualiter illorum proclamatio in auribus nostris fastidium non generet. Et sic volumus cognoscere utram ex necessitate an ex occasione veniant.

L VIII. Quando catelli nostri iudicibus commendati fuerint, de suo eos nutriant, aut junioribus suis, id est, majoribus & decanis vel cellariis, ipsos commendare faciant, quatenus de illorum causa eos bene nutrire faciant, nisi forte iussio nostra aut Regine fuerit ut in villam nostram ex nostro eos nutriant. Et tunc ipse iudex hominem ad hoc opus mittat, qui ipsos bene nutriat, & segreget unde nutriantur, & non sit illi homini cotidie necessitas ad securas recurrere.

L IX. Unusquisque iudex, quando servierit, per singulos dies dare faciat de cera libras tres, de sapone sextaria octo; & super hoc, ad festivitatem sancti Andree, ubicunque cum familia nostra fuerimus, dare studeat de cera libras sex. Similiter mediante quadragesima.

L X. Nequaquam de potentioribus hominibus majores fiant, sed de mediocribus qui fideles sunt.

L XI. Ut unusquisque iudex, quando servierit, suos bracios ad palatium ducere faciat, & simul veniant magistri, qui cervisam bonam ibidem facere debeant.

L XII. Ut unusquisque iudex per singulos annos ex omni conlaboratione nostra quid de bobus, quos bubulci nostri servant, quid de mansis, qui arari debent, quid de fotalibus, quid de censis, quid de feda fracta vel frega, quid de feraminibus in forestis nostris permisso captis, quid de diversis compositionibus, quid de molinis, quid de forestibus, quid de campis, quid de pon-

tibus, vel navibus, quid de liberis hominibus & centenis qui partibus fisci nostri deserviunt, quid de mercatis, quid de vineis, quid de illis qui vinum solvunt, quid de feno, quid de lignariis & faculis, quid de axillis & alio materiamine, quid de prerariis, quid de leguminibus, quid de milio & panico, quid de lana, lino, & canava, quid de frugibus arborum, quid de nucibus majoribus vel minoribus, quid de insitis ex diversis arboribus, quid de hortis, quid de apibus, quid de rivariis, quid de coriis, quid de pellibus, quid de carnibus, quid de melle & cera, quid de uncto vel sapone, quid de morato, vino cocto, medo, & aceto, quid de cervisia, de vino novo & vetere, de annona nova & vetere, quid de pullis & ovis, vel anseribus, id est, aucis, quid de piscatoribus, de fabris, de scurariis vel futoribus, quid de buticis & cofinis, id est, scriniis, quid de tornatoribus & fellariis, de ferrariis & scrobis, id est, fossis ferrariis, vel aliis fossis plumbariciis, quid de tributariis, quid de poledris & putrellis habuerint, omnia seposita, distincta, & ordinata ad nativitatem Domini nobis notum faciant, ut scire valeamus quid vel quantum de singulis rebus habeamus.

L XIII. De his omnibus supradictis nequaquam iudicibus nostris asperum videatur si hoc requirimus, quia volumus ut & ipsi simili modo à junioribus illorum omnia absque ulla indignatione requirere studeant. Et omnia quicquid homo in domo sua & villis suis habere debet, iudices nostri in villis nostris habere debent.

L XIV. Ut carra nostra quæ in hostem pergunt & basternæ benefactæ sint, & opercula bene sint cum coriis cooperta, & ita sint consuta ut si necessitas evenerit ad aquas ad natandum, cum ipsa expensa quæ intus fuerit, transire flumina possint, ut nequaquam aqua intus intrare valeat, & bene salva causa nostra, sicut diximus, transire possit. Et hoc volumus, ut farina in unoquoque carro ad spensam nostram missa fiat, hoc est, duodecim modia de farina, & in quibus vinum ducunt modia duodecim ad nostrum modium mittant. Et ad unumquodque carrum scutum & lanceam, cucurum & arcum habeant.

L XV. Ut pisces de vivariis nostris venduntur, & alij mittantur in locum, ita ut pisces semper habeantur. Tamen quando nos in villas non venimus, tunc fiant venundati, & ipsos ad nostrum

profectum iudices nostri conlucari faciant.

LXVI. De capris & hircis & eorum cornibus & pellibus nobis rationes deducant, & per singulos annos niufaltos crasfos nobis inde adducant.

LXVII. De manfis abfis & mancipiis adquisitis, fi habuerint, fi non habeant ubi eos collocare poffint, nobis renuntiare faciant.

LXVIII. Volumus ub bonos barrios ferro ligatos, quos in hoftem & ad palatium mittere poffint, iudices finguli praparatos femper habeant, & utres ex coriis non faciant.

LXIX. De lupis omni tempore nobis annuntient quantos unufquifque comprehenderit, & ipfas pelles nobis praefentare faciant. Et in mense Maio illos lupellos perquirant & comprehendant tam cum pulvere & hamis quam cum follis & canibus.

LXX. Volumus quod in horto omnes herbas habeant, id efl, lilium, rofas, foenigracum, coftum, falviam, rutam, abrotanum, cucumeres, pepones, cucurbitas, fafcolum, cuminum, rofmarinum, carvum, cicercum Italicum, fquillam, gladio-

lum, dragontea, anifum, coloquintidas, follequium, amicum, filum, lactucas, git, erucam albam, nafurtium, bardanam, pulegium, olifatum, petrofeelinum, apium, levifticum, fabinam, anetum, fanicalum, intubas, diptamnium, fynapi, fatureiam, fifimbrium, mentam, mentaflrum, tana-ritam, nepetam, febrifugiam, papaver, betas, vulgigina, bifmaluas, id efl, alteas, maluas, carrucas, pafinacas, adripias, blitum, ravacaulos, caulos, uniones, britlas, porros, radices, afcalonicas, cepas, alia, vvacentiam, cardones, fabas majores, pifa maurifica, coriandrum, cerefolium, lacteridas, felareiam. Et ille hortulanus habeat fub domum fuam Iovis barbam. De arboribus volumus quod habeat pomarios diverfi generis, prunarios diverfos, forbarios, mepilarios, pirarios diverfos, caftanearios, perficarios diverfi generis, cotoniarios, avellanarios, amandalarios, morarios, lauros, pinos, ficus, nucarios, cerefarios diverfi generis. Malorum nomina. Gormaringa, Geroldinga, crevedella, fpirauca, dulcia, &c.

EXPLICIT CAPITVLARE DOMINICVM,

CAPITVLARE DE MINISTERIALIBVS PALATINIS.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. fancti Vincentij Laudunenfis.

CAP. I.

VT unufquifque ministerialis palatinus diligentiffima inquisitione difcutiat primo homines fuos, & poftea pares fuos, fi aliquem inter eos vel apud vos ignotum hominem vel meretricem latitantem invenire poffit. Et fi inventus homo aliquis aut femina hujufmodi fuerit, custodiatur, ne fugere poffit, ufque dum nobis adnuntietur. Et ille homo qui talem hominem vel talem feminam fecum habuit, fi fe emendare noluerit, in palatio noftro obfervetur. Similiter volumus ut faciant ministeriales dilectae conjugis noftre vel filiorum noftorum.

Tom. I.

II.

Vt Ratbertus actor per fuum ministerium, id efl, per domos fervorum noftorum tam in Aquis quam in proximis villulis noftis ad Aquis pertinentibus fimilem inquisitionem faciat. Petrus vero & Gunzo per fcrvas & alias manfiones fervorum noftorum fimiliter faciant. Et Ernaldus per manfiones omnium negotiatorum, five in mercato, five aliubi negotientur per Christianorum vel Iudaeorum manfionari * * * * noftorum eo tempore quando illi feniores in ipfis manfionibus non funt.

Y ij

III.

Volumus atque iubemus ut nullus de his qui nobis in nostro palatio deserviunt aliquem hominem propter furtum aut aliquem homicidium vel adulterium vel aliud aliquod crimen ab ipso perpetratum, & propter hoc ad palatium nostrum venientem, atque ibi latitare volentem, recipere præsumat. Et si liber homo hanc constitutionem transgressus fuerit, & talem hominem. fuerit, in collo ad mercatum portare debere. deinde ad cippum in quem idem malefactor mittendus est. Si autem servus fuerit qui hanc nostram iussionem severare contempserit, similiter illum malum factorem in collo suo usque ad cippum deportet, & ipse postea in mercatum adducatur, & ibi secundum merita sua flagelletur. Similiter de gadalibus & meretricibus volumus ut apud quemcunque inventæ fuerint, ab eis portentur usque ad mercatum,

ubi ipsæ flagellandæ sunt. Vel si noluerit, volumus ut simul cum illa in eodem loco vapulentur.

IV.

Quicumque homines rixantes in palatio invenerit, & eos pacificare potuerit & noluerit, sciat damnum quod inter eos factum fuerit participem esse debere. Quod si rixantes viderit, & eos pacificare non potuerit, & qui sunt illi qui inter se rixantur cognoscere noluerit ut hos indicare possit, similiter iubemus ut damnum quod inter eos commissum fuerit in compositione communionem habeat.

V.

Quicumque hominem undecunque ad palatium nostrum venientem receperit sive adduxerit, nec expellere curaverit, damnum quod ab eo fuerit in palatio nostro factum.

Cetera ita obliterata & deleta sunt in codice MS. ut legi nulla arte potuerint.



CAPITVLARIA
 KAROLI MAGNI
 IMPERATORIS.

CAPITVLA ADDITA
 AD LEGEM LONGOBARDORVM

Anno Christi DCCC.I. imperij Karoli Magni primo.

Karolus divino nutu coronatus, Romanum regens imperium, serenissimus Augustus, omnibus Ducibus, Comitibus, Gastaldis, seu cunctis reipublicæ per provincias Italiæ à nostra mansuetudine præpositis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCC.I. Indictione IX. anno verò regni nostri in Francia XXXIII. in Italia XXVII. consulatus autem nostri primo, cum in Italiam propter utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ ac provinciarum disponendarum venissem, & multæ atque diversæ per urbes singulas ante conspectum nostrum quæstiones tam de ecclesiasticis quàm & publicis ac privatis rebus discuterentur, pleraque statuta recitata ex Romana seu Langobardica lege competenti sententia terminata sunt, quædam verò in nostri examinis arbitrium ad tempus dilata, quorum judicialis sententia à legislatoribus aut penitus omissa est, aut à posteris oblivioni tradita. Quocirca nos considerantes utilitatem nostram & populi à Deo nobis concessi, ea quæ ab antecessoribus nostris Regibus Italiæ in edictis legis Langobardicæ ab ipsis editæ prætermissa sunt, juxta rerum & temporis considerationem addere curavimus, solliciti ut necessaria quæ legi defuerant supplerentur, & in rebus dubiis non quorumlibet iudicium arbitrium, sed nostræ regiæ auctoritatis sanctio prævaleret.

CAPITVLA AVTEM QUÆ NOBIS ADDERE PLACUIT
HÆC SVNT.

- | | |
|---|--|
| 1. D e chartis donationis faciendis. | 6. De aldionibus publicis ad ius publicum pertinentibus. |
| 2. De heribanno. | 7. Item de latronibus. |
| 3. De desertoribus. | 8. De servis fugacibus. |
| 4. De latronibus. | |
| 5. De mancatione qualibet. | |

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

*De chartis donationis faciendis.*Lib. 1. le-
gis Lon-
gob. tit. 18.
c. 4.

I. SI quis Langobardus statum hu-
mana fragilitatis precogitans,
pro salute anime sue de rebus suis char-
tam donationis quamlibet facere voluerit,
non sicut hactenus fieri solebat, jus sibi
vendendi, commutandi, & per aliam
chartam eandem rem alienandi reservet,
sed absolute faciat unusquisque de rebus
suis quod velit, & noverit sibi a nostra au-
thoritate penitus interdictum esse duas de
eadem re facere donationes. Sed post-
quam unam de rebus suis traditionem fecerit,
aliam de ipsis faciendi nullam ha-
beat potestatem. Eidem tamen, si volue-
rit, usum fructum per precariam res tradi-
tas usque in tempus definitum possidendi
sit concessa facultas.

*De heribanno.*Ibid. lib. 1.
tit. 14. c.
15.

II. Si quis liber contempta iussione no-
stra, ceteris in exercitum pergentibus,
domi residere presumpserit, plenum he-
ribannum secundum legem Francorum,
id est, solidos sexaginta, sciat se debere
componere. Similiter & pro contemptu
singulorum capitulorum quibus per no-
stram regalem auctoritatem bannum pro-
mulgavimus, id est, qui pacem Ecclesia-
rum Dei, viduarum, orphanorum, & pu-
pillorum ac minus potentium irrupit,
aut raptum intra patriam fecerit, aut alie-
nas domos incenderit, vel cum collecta
multitudine vim cuiuslibet intulerit, sexa-
ginta solidorum multam exsolvat.

De desertoribus.

Ibid. c. 15.

III. Si quis adeo contumax aut super-
bus extiterit ut, dimisso exercitu, absque
iussu vel licentia Regis domum reverta-
tur, & quod nos Theudisca lingua dici-
mus herilliz fecerit, ipse ut reus majestatis
vitae incurrat periculum, & res ejus in fisco
nostro socientur.

*De latronibus.*Ibid. tit. 15.
c. 69.

IV. Si quis latronem morte dignum si-

bi ad occidendum traditum servaverit, &
vitam indigno concesserit, medietatem
damni propter quod traditus est compo-
nat. Et idem latro si rursus in latrocinio
fuerit comprehensus, quod prius debug-
rat, capitali sententia debitum exsolvat.

De mancatione qualibet.

V. Si quis alterum presumptivè sua spon-
te castraverit, & ei ambos testiculos am-
putaverit, integrum vuidrigildum suum
juxta conditionem personae componat. Si
virgam abscederit, similiter. Si unum te-
sticulum, medietatem persolvat. Et hoc
de oculis, manibus, & pedibus, vel de
lingua sancimus, ut si unum horum abs-
cisum fuerit, medietas vuidrigildi compo-
nat; si ambo, integritas pro facti emen-
datione componatur.

*De aldionibus publicis ad jus publicum
pertinentibus.*

VI. Aldiones vel aldiana ad jus publi-
cum pertinentes ea lege vivant in Italia in
servitute dominorum suorum qua fiscalini
vel liti vivunt in Francia.

Item de latronibus.

VII. Si quis furem vel latronem com-
prehenderit, & eum indemnem dimiserit,
neque illum ad praesentiam Ducis aut Co-
mitis vel loci servatoris, qui Missus Comi-
tis est, non adduxerit, & de hoc facto five
de hac nequitia posthac in praesentia ju-
dicum convictus fuerit, ipsius damni aesti-
matione pro quo fur vel latro comprehen-
sus est componere cogatur.

De servis fugacibus.

VIII. Vbiunque intra Italiam five re-
gibus, five ecclesiasticis, vel cujuslibet al-
terius hominis servus fugitivus inventus
fuerit, a domino suo sine ulla annorum
prescriptione vindicetur, ea tamen ratio-
ne, si dominus Francus five Alamannus
aut alterius cujuslibet nationis sit. Si verò
Langobardus aut Romanus fuerit, ea lege
servos suos vel adquirat vel amittat qua
inter eos antiquitus est constituta.



CAPITVLA EXCERPTA
EX LEGE LONGOBARDORVM.

Ib. 1. leg. Longob. tit. 9. c. 17.
I. Qui Subdiaconem occiderit, trecentos solidos componat. Qui Diaconem occiderit, quadringentos solidos componat. Qui Presbyterum, sexcentos solidos componat. Qui Episcopum, noningentos componat. Qui monachum occiderit, quadringentos solidos componat.

Ibid.
II. De Episcopis & sacerdotibus occisis sicut statutum habemus fiat, & de reliquis quibuslibet causis. Veruntamen de Presbyteris videtur nobis ut si liber natus fuerit Presbyter, per triplam compositionem secundum legem suam fiat compositus ab eo qui hoc perpetraverit. Et si plagatus fuerit, secundum qualitatem vel quantitatem plagarum vel disciplinae per triplam compositionem secundum legem suam emendetur ab eo qui hoc perpetraverit. Si autem servus Presbyter natus fuerit, secundum illius nativitatem per triplam compositionem solvatur in plagis & disciplinis. De Diaconibus similiter fiat.

Ibid. tit. 14. c. 10.
III. Si quis liber homo aliquod tale damnum cuiuslibet fecerit pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum invadere studeat usque dum plenam compositionem adimpleat.

Ibid. c. 11.
IV. Si quis messem aut annonam in hoste super bannum dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel paverit, aut cum caballis vastaverit, aestimato damno secundum legem in triplo componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur. Si vero servus hoc fecerit, secundum legem in triplum damnum in loco restituat, & pro banno disciplinae corporali subjaceat. Si quilibet persona de hoc quoque interpellata fuerit, aut praesentialiter emendet, aut sacramentum reddat solus quod nec ipse fecerit nec qui fecisset sciat. Accusator vero prius juret quod non eum injuste se sciente interpellasset. *Libro 111. Capitularium cap. 66.*

Ibid. tit. 12. c. 7.
V. Ut nemo pedicas in foresto dominico nec in quolibet regali loco tendere praesumat. Et si ingenuus hoc perpetraverit, bannum dominicum solvat. Et si servus

est, dominus illius sicut lex est emendet.

VI. Sed & hoc volumus, ut Comites de latrombus plenam justitiam faciant per eorum ministeria, & fures & malefactores non patiantur quiete residere, sed semper eos in quantum valent infestent.

VII. Ut mancipia adventitia & fugitiva nullus recipere praesumat.

VIII. Si quis latro de uno furto probatus fuerit, perdat oculum. Et si de duobus furtis probatus fuerit, nasus ei scapelletur. Et si de tribus furtis probatus fuerit, moriatur.

IX. De his vero duobus furtis unde oculum & nasum perdere debet constituimus ut dominus servi illius secundum legem cui furta facta fuerint solvere debeat. De tertio vero furto, unde mori debeat, mors illius furta illa excludat. Et si Comes sine culpa per invidiam aut occasionem injustam, nisi per justitiam & pacem faciendam, hominem disfecerit, & honorem suum perdat, & legibus illi contra quem injuste fecerit secundum poenam quam intulerit emendet. *Capitularium anni 779. cap. 11.*

X. De fugitivis servis & ancillis fugacibus, advenis ac peregrinis, ut distringantur, ut scire possimus qui sint & unde veniant.

XI. Si quis Praepositus aut ministerialis aliquas res Ecclesiae, quas praevideri debet, aliquo scriptionis titulo cuicumque concesserit quod ad damnum ipsius Ecclesiae pertineat, pro sacrilegio computetur. Similiter de rebus quae ad rempublicam pertinent, si Comes aut ministerialis rempublicae concesserit, similiter pro infidelitate computetur.

XII. Nemini liceat dimittere servum suum propter damnum ab illo cuiuslibet illatum, sed juxta qualitatem damni dominus ejus pro illo respondeat, vel eum in compositionem aut ad poenam petitori offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, cum sacramento dominus ejus se excusare studeat quod hoc suae voluntatis non fuisset, nec consentiens fuisset

Ibid. tit. 13. c. 64.

Ibid. c. 65.

Ibid. c. 67.

Ibid. c. 68.

Ibid. c. 71.

Ibid. tit. 14. c. 2.

Ibid. tit. 16. c. 7.

quod servus ejus tale factum commisisset, & sit absolutus. Iubemus quoque ut propter nullam distinctionem, quam nos facere jubemus, pro quibuscumque causis servi non mittantur in distinctionem; sed per Missos nostros, vel dominos eorum, aut illorum advocatos, ipsi servi distringantur, & ipsi, sicut lex jubet, rationem pro servis suis reddant utrum culpabiles sint an non. Ipsi vero domini distringant & inquirent servos suos, sicut ipsos amant. *Libro 111. Capitularium cap. 44. & lib. vi. cap. 210.*

Lib. 2. tit. 6. c. 1. XIII. De feminis quas defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni spatium vestem religionis mutare vel umque suscipere, petierunt nostram licentiam ut mox dum divina pietas inspiraverit, eas indemnes liceat suscipere. Nos autem considerantes quia praterito tempore pro ipsa dilatione multa raptim intra idem spatium ad aliam partem distracta fuerunt, ideo petitionem earum, quia censuimus esse justum, suscepimus, & eis fieri ita concedimus.

Ibid. tit. 11. c. 10. XIV. Ut conjugia servorum non dirimantur, etiam si diversos dominos habuerint; sed in uno conjugio servi permanentes, dominis suis serviant. sic tamen ut ipsum conjugium legale sit, & per voluntatem dominorum suorum juxta evangelium: *Quos Deus conjunxit, homo non separet.*

Matth. 19. Marci 10. Ibid. tit. 11. c. 1. XV. De omnibus debitis solvendis, sicut antiquitus fuit consuetudo, per duodecim denarios solidi solvantur per totam Salicam legem. Excepto si leudes, id est, si Saxo aut Friso Salicum occiderit, per sexaginta denarios solidus solvatur. Inter Salicos vero ex utraque parte de omnibus debitis, sicut diximus, per duodecim denarios solidi solvantur, sive de homicidiis, sive de omnibus rebus.

Ibid. tit. 19. c. 1. XVI. Ut nemo presumat hominem aliquem vendere aut comparare nisi in presentia Comitum aut Missorum nostrorum.

Ibid. c. 2. XVII. Item ut nemo audeat in furto mancipia emere & in aliam regionem occulte ducere. Vbi vero repertum fuerit, legali sententiae subjaceat.

Ibid. tit. 46. c. 1. XVIII. Ut latrones illos de infra emunitate iudices & advocati ad Comitum placita, quando eis denunciatum fuerit, presentent. Et si dixerint quod ipsos latrones presentare non potuissent, jurare debent quod illos latrones presentare

non potuissent postquam eis denunciatum fuerit, nec pro ulla justitia dilatanda illis latronibus fugere consenserint, nec pro causa dilationis de illorum potestate vel de suorum ministerio ipsos latrones jactassent. Et hoc jurent, ut per suorum voluntatem, si potuerint, ipsos latrones presentare debeant ad justitiam faciendam. Et qui hoc non fecerint, beneficium & honorem perdant. Similiter & si vassi nostri hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant. Et qui beneficium nostrum non habuerit, bannum nostrum persolvat. *Capitulare anni 779. cap. 9.*

XIX. De manitione vero, nisi de ingenuitate, aut de hereditate, non sit opus observare. De ceteris vero causis per distinctionem Comitis ad mallum veniant, & juste examinentur ad justitiam faciendam. Comites vero non semper pauperes ad placita opprimant.

XX. Ut servi, aldiones, libellarij antequam, qui, vel alij noviter facti, qui non per fraudem neque per malum ingenium de publico servitio se subtrahentes, sed per solam necessitatem & pauperatem terram ecclesiasticam vel colunt vel colendam suscipiunt, non a Comite vel aliquo ministro illius ad ullam angariam seu servitium publicum vel privatum cogantur vel compellantur; sed quidquid ab eis juste agendum est, a domino vel patrono suo ordinandum est. Si vero de aliquo crimine accusantur, Episcopus primo compellatur, & ipse per advocatum suum, secundum quod lex est, juxta conditionem singularum personarum justitiam faciat. Si vero culpabilis fuerit, sicut in Capitulare Domini Imperatoris scriptum est, ita fiat. Ceteri vero liberi homines qui vel commendationem vel beneficium ecclesiasticum habent, sicut reliqui homines justitiam faciant.

XXI. Et quia sunt nonnulli qui sine proprietatibus in regno nostro degentes judicia Comitum effugiunt, & non habentes res aut substantiam, quibus constringi possint, ideo circumquaque malitiam exercere non cessant. De illis vero placuit nobis ut ipsi cum quibus manere videntur, aut eos presentent, aut pro eorum malefactis rationem reddant.

XXII. Volumus ut advocati in presentia Comitum eligantur, non habentes malam famam; sed tales eligantur quales lex jubet eligere.

XXIII. Volumus etiam atque jubemus ut

ut Comites & iudices non admittant testes habentes malam famam testimonium perhibere; sed tales eligantur qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses. Et primum per ipsos iudices inquirantur, & sicut ab illis rectius inquirere poterint, ita faciant, non voluntatibus malorum hominum assensum praestantes. Et ut ipsi Comites & eorum iudices, qui noverint causam de qua inter eos agitur esse cooptam, sine blandimento ipsius qui causam habet testes faciant ad eandem causam venire, & per eorum inquisitionem ita fiat diffinita. Et iubemus ut testimonia ab invicem separentur, ut lex habet. Quia si ita agitur, multi falsi testes possunt esse superati, si interrogati fuerint separatim, *Libro 111. Capitular. cap. 51.*

Ibid. c. 1. XXIV. Falsa persona potestatem accusandi non habeat. Et si in primo crimine convictus fuerit falsum testimonium dixisse, in secundo non habeat potestatem dicendi.

Ibid. tit. 31. c. 4. XXV. Ut iudices jejuni causas audiant & discernant.

Ibid. c. 6. XXVI. Ut Comites pleniter iustitiam faciant & diligant, & juxta vires eorum expleant, & iustitiae sanctae Dei Ecclesiae vigilantia cura insistant, & orphanorum & viduarum & pauperum & omnium qui in eorum ministerio permanent, & de causa quacunque ad eos venerit querela, plenissima & iustissima deliberatione diffinire decerent, & sicut rectum & iustum est ita agant. Et ut primitus ad placita eorum orphanorum & viduarum necnon pauperum causae deliberentur, nec propter aliquam dilationem eorum iustitia a iudicibus dilatetur.

Ibid. c. 7. XXVII. Ut ante Vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, nisi tantum leviores causae quae faciliter possunt iudicari. Et nullus in eorum iudicio aliquem in servitio hominem conquirat, sed per fidei iustorem mittantur usque in praesentiam Comitis. Et ad ingenuos homines nulla placita faciant custodire postquam illa tria custodierint placita quae instituta sunt, nisi forte contingat ut aliquis aliquem accuset, excepto illis Scabinis qui cum iudicibus residere debent.

Ibid. c. 8. XXVIII. Volumus ut sicut nos omnibus legem conservamus, ita omnes Comites nobis legem conservare faciant, & plenam iustitiam in eorum ministeriis, quicquid ad nos pertinet, facere studeant.

Ibid. c. 9. XXIX. Ut iudices sive Missi nostri

fiscalini de qualibet causa non exigant fredam priusquam facinus componatur.

XXX. Omnis controversia coram Centenariis diffiniri potest, excepto redhibitione terrae & mancipiorum, quae non potest diffiniri nisi coram Comite. *Ibid. c. 10.*

XXXI. Ut placita publica vel secularia neque a Comite nec ab ullo ministro suo vel iudice nec in Ecclesia nec in terris Ecclesiae circumjacentibus vel coherentibus nullatenus teneantur. *Ibid. c. 11.*

XXXII. Hoc quoque iubemus, ut iudices supra nominati sive Missi nostri fiscalini de qualibet causa fredam non exigant priusquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componat. Fredam autem non illi iudici qui culpam commisit tribuat, sed ille qui solutionem recepit tertiam partem coram testibus fisco tribuat, & pax perpetua stabilis permaneat. *Lex Ripuariorum cap. 89.*

XXXIII. Volumus ut Episcopi & Comites concordiam & dilectionem inter se habeant ad Dei & sanctae Ecclesiae tractatum peragendum, & ut Episcopus suo Comiti, ubi ei necessitas poposcerit, adiutor & exhortator existat qualiter suum ministerium expleat possit. Similiter & Comes faciat contra suum Episcopum, ut in omnibus illi adiutor sit qualiter intra suam parochiam canonicum possit expleat ministerium. *Ibid. tit. 14. c. 1.*

XXXIV. Mentio etenim facta est a nonnullis in placitis quae habuimus in anno praeterito, & dictum est ibi, ut palam apparet, quod aut ille qui crimen ingerit, aut ille qui vult se defendere, perjurare se debeat. Melius visum est ut in campo cum fustibus pariter contendant quam perjurium absconsè perpetrent. *Ibid. tit. 55. c. 23.*

XXXV. Ut nemo furem campium de mancipiis aut de qualibet causa recipere praesumat, sicut saepius Dominus Imperator commendavit. *Ibid. c. 24.*

XXXVI. Sicut consuetudo nostra est, ut Romanus aut Longobardus si venerit quod causam inter se habeant, observamus ut Romani successionem eorum juxta illorum legem habeant, similiter ut omnes scriptiones juxta legem suam faciant. Et quando jurant, secundum legem suam jurent. Et alij illis similiter faciant. Et quando componunt, juxta legem ipsius cui malum fecerint componant. Et Longobardos illis convenit componere similiter. De ceteris vero causis communi lege

vivant quam Dominus Karolus excellentissimus Rex Francorum atque Longobardorum in edicto adjunxit.

Ibid. lib. 3. tit. 4. c. 8. XXXVII. Volumus atque jubemus ut Episcopi suum in omnibus juxta vires suas peragere studeant ministerium in parochiis eorum, & ut prædicationes & confirmationes ibidem expleant. Et de monasteriis quæ infra parochias eorum sunt vigilantè curent ut Canonici secundùm canones & regulares secundùm regulam vivant. Et ubi aliter quàm ordo poposcit invenerint, emendare studeant. Et si emendare nequiverint, nobis nuntietur.

Ibid. c. 9. XXXVIII. Ut Episcopi Abbates per xenodochia vel monasteria eorum hospitalia ubi antiquitus fuerint faciant, & summo perè curent ut nullatenus prætermittantur.

Ibid. c. 11. XXXIX. Volumus primò ut neque Abbates, neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque quislibet de clero, de personis suis ad publica vel ad secularia judicia trahantur vel distringantur, sed à suis Episcopis judicati justitiam faciant. Si autem de possessionibus sive ecclesiasticis sive suis propriis super eos clamor ad judicem venerit, mittat judex clamantem cum Missò suo ad Episcopum ut faciat ei per advocatum justitiam percipere. Si verò talis aliqua inter eos exorta fuerit intentio quam per se pacificare non velint aut non possint, tunc per advocatum Episcopi, qualem lex jussit, causa ipsa ante Comitum vel judicem veniat, & ibi secundùm legem finiatur, anteposito quod dictum est de persona Clericorum.

Ibid. tit. 2. c. 1. XL. Ut nulli Episcopo liceat alterius Clericum recipere aut ordinare in aliquo gradu sine dimissoria Episcopi sui de cujus parochia est.

Ibid. c. 2. XLI. Ut nemo alterius Clericum sine commendatitiis aut dimissoriis literis recipere præsumat.

Ibid. tit. 3. c. 2. XLII. Præcipimus etiam Comitibus & omnibus fidelibus nostris ut quicumque de rebus ecclesiasticis beneficia habent, pleniter nonas & decimas ad ipsas Ecclesias donent absque ulla diminutione & dilatazione, in quantum melius possunt, & juxta possibilitatem eorum. Et quando necessitas exegerit, dent operas ad ipsas Ecclesias restaurandas, & adjutorium faciant.

XLIII. Ut vos Episcopi, qui in omnibus nonas & decimas accipitis, in vestra providentia sit quatenus Ecclesiæ vel capellæ quæ in vestra parochia sunt emendantur, & luminaria eis præbeatis, ut in eis Presbyteri vivere possint. *Ibid. c. 3.*

XLIV. Ut decimæ populi in quatuor partes dividantur. Prima pars Episcopis detur, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta in fabrica ipsius Ecclesiæ. *Ibid. c. 4.*

XLV. De trustee faciendâ, ut nemo præsumat ad nos venienti mansionem vendere, & quæ necessaria sunt, sicut vicino suo ei vendat. *Ibid. tit. 4. c. 2.*

XLVI. Audivimus etiam quòd junio. res Comitum vel aliqui ministri reipublicæ, sive etiam nonnulli fortiores vassi Comitum, aliquas redditiones vel collectiones, quidam per passum, quidam etiam sine passu, quasi deprecando à populo exigere solent. Similiter quoque operas collectionis frugum, arare, seminare, runcare, carrucare, vel cetera his similia à populo per eandem vel per alias machinationes exigere consueverunt, non tantùm ab ecclesiasticis, sed etiam à reliquo populo. quæ omnia nobis ab omni populo justè removenda esse videntur. Quia in quibusdam locis in tantum inde populus oppressus est ut multi ferre non valentes, per fugam à dominis vel à patronis suis lapsi fuerint, & terre ipsæ in solitudinem redactæ sunt. Potentionibus autem vel ditionibus ex spontanea tantùm voluntate vel mutua dilectione volentibus solatia præstare invicem, minimè prohibemus. *Ibid. tit. 4. c. 3.*

XLVII. Placuit nobis secundùm sanctorum patrum auctoritatem, si quis ab Episcopo suo justè excommunicatus fuerit, à nullo penitus recipiatur antequam in præsentiam sui Episcopi veniat, pro culpa satisfactionem facturus. *Ibid. tit. 4. c. 4.*

XLVIII. Si qua mulier filium vel filiam suam per fraudem aliquam coram Episcopo ad confirmandum tenuerit, pro fallacia sua publicam agat poenitentiam. A viro tamen suo non separetur. *Ibid. tit. 4. c. 5.*

XLIX. Generaliter omnes admoneamus ut capitula quæ præterito anno legi Salicæ cum omnium consensu addenda esse censuimus, jam non ulterius capitula, sed tantùm leges dicantur, immo pro lege Salica teneantur. *Ibid. tit. 4. c. 6.*



CAPITVLVM

DE HONORANDA SEDE APOSTOLICA.

Cecil. Tribur. c. 30. Burchard. lib. 1. c. 110. Iro par. 5. c. 50. Gratianus dist. 19. c. 3.
IN memoriam beati Petri Apostoli honorem sanctam Romanam & apostolicam sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, feramus & pia deuotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet, siue sit Presbyter siue Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab

apostolica sede detulisse epistolam vel aliud quid quod inde non conuenit, salua fide & integra circa Apostolicum humilitate penes Episcopum sit potestas utrum eum in carcerem aut in aliam detrudat custodiam usquequo per epistolam aut per idoneos suæ partis legatos apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur discernere quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire, ut & is corrigatur, & ceteris modus imponatur,

CAPITVLARE EPISCOPORVM.

Hæc sunt capitula ex diuinarum scripturarum scriptis, quæ electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **V**T sacerdotes assiduè orent pro Domino Imperatore.
2. *Vt orent pro Episcopo suo.*
3. *De cura Ecclesie & sacrarum reliquiarum.*
4. *Vt euangelium Christi populo prædicent.*
5. *Quenam populo præcipuè insinuanda sint.*
6. *De decimis à populo dandis.*
7. *Quomodo dividenda sint decime.*
8. *Vt officia diuina competentibus horis non prætermittant.*
9. *Vt Missas extra Ecclesiam non celebrent.*
10. *Vt congrua tempora baptismi seruentur.*
11. *Vt infirmi quolibet tempore baptizentur.*
12. *Vt pro baptismo & aliis spiritalibus pretium non exigant.*
13. *Vt in qua ordinati sunt Ecclesia permaneant.*
14. *Vt ebrietatem in se & in aliis carveant.*
15. *Vt cum extraneis mulieribus non habitent.*
16. *Vt fidei iussores non sint, & secularia iudicia non adeant.*
17. *De possessione triginta annorum.*
18. *Vt arma non gerant, nec lites moveant.*
19. *Vt tabernas non ingrediantur.*
20. *Vt à juramento abstineant.*
21. *Vt penitentiam consentientibus & viaticum infirmis tribuant.*
22. *De unctione infirmorum.*

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

Vt sacerdotes assiduè orent pro Domino Imperatore.

IN cuncti sacerdotes precibus assiduè pro vita & imperio Domni Imperatoris & filiorum ac filiarum salute orent.

Tom. I.

Vt orent pro Episcopo suo.

II. *Vt unusquisque sacerdos quotidianis assistat orationibus pro Pontifice cuius gubernatur regimine.*

De cura Ecclesie & sacrarum reliquiarum.

III. *Vt unusquisque sacerdos Ecclesiam suam cum omni diligentia ædificet;*

Z ij

& reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis & diurnis officiis conservet.

Vt evangelium Christi populo predicent.

IV. Vt omnibus festis & diebus dominicis unusquisque sacerdos evangelium Christi populo predicet.

Quenam populo precipue insinuenda sint.

V. Vt unusquisque sacerdos orationem dominicam & symbolum populo sibi commisso curiosè insinuet, ac totius religionis studium & Christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

De decimis à populo dandis.

VI. Vt unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis Ecclesius divinis debite offerant.

Quomodo dividende sint decime.

VII. Vt & ipsi sacerdotes populi suscipiant decimas, & nomina eorum quicumque dederint scripta habeant, & secundum auctoritatem canonicam coram testibus dividant. Et ad ornamentum Ecclesie primam eligant partem, secundam autem ad usum pauperum vel peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent, tertiam verò partem semetipsis soli sacerdotes reservent.

Vt officia divina competentibus horis non prætermittant.

VIII. Vt omnes sacerdotes horis competentibus diei & noctis suarum sonent signa Ecclesiarum, & sacra Deo celebrent officia, & populos erudiant quomodo aut quibus Deus adorandus est horis.

Vt Missas extra Ecclesiam non celebrent.

IX. Vt nullus sacerdos in domibus vel in aliis locis, nisi in Ecclesiis dedicatis, celebrare Missas audeat.

Vt congrua tempora baptismi serventur.

X. Vt à cunctis sacerdotibus jus & tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissimè observetur.

Vt infirmi quolibet tempore baptizentur.

XI. Vt omnes sacerdotes quibuscunque horis omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissimè tribuant.

Vt pro baptismo & aliis spiritualibus pretium non exigant.

XII. Vt nullus Presbyter sacrum officium sive baptismatis sacramentum aut aliquid donorum spiritualium pro aliquo pretio vendere presumat, ne vendentes & ementes in templo columbas imitentur,

ut pro his qui adepti sunt gratiam divinam non pretia concupiscant terrena, sed solum regni cœlestis gloriam promercentur accipere.

Vt in qua ordinati sunt Ecclesia permaneant.

XIII. Vt nullus Presbyter à sede propria sanctæ Ecclesie, sub cuius titulo ordinatus fuit, ambitionis causa ad alienam pergat Ecclesiam, sed in eadem devotus usque ad vitæ permaneat exitum.

Vt ebrietatem in se & in aliis caveant.

XIV. Vt nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam iustionem inebriari.

Vt cum extraneis mulieribus non habitent.

XV. Vt nullus sacerdos extraneorum mulierum habeat familiaritatem, nec in sua domo, in qua ipse habitat, ullam mulierem unquam permittat habitare.

Vt fidei iussores non sint, & secularia iudicia non adeant.

XVI. Nulli sacerdotum liceat fidei iussorem esse, neque derelicta propria lege ad secularia iudicia accedere præsumat.

De possessione triginta annorum.

XVII. Vt qui possessionem Ecclesie vel parrochiam per triginta annos sine alicujus interpellatione tenuerit, jure perpetuo possideat. Si verò inde crebro repetitum fuerit, fiat diligens inquisitio. Et si cum qui repetit iuste querere potuerit, adhibitis veracibus & nobilibus testibus quod repetit confirmando vindicet.

Vt arma non gerant, nec lites moveant.

XVIII. Nemo ex sacerdotum numero arma pugnantium unquam portet, nec litem contra proximum ullam excitet.

Vt tabernas non ingrediantur.

XIX. Vt nullus Presbyterorum edendi aut bibendi causa ingrediatur in tabernas.

Vt à juramento abstineant.

XX. Vt nullus sacerdos quicumque cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

Vt penitentiam consentientibus & viaticum infirmis tribuant.

XXI. Vt cuncti sacerdotes omnibus illis consentientibus eorum crimina dignam penitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent, & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem corporis Christi misericorditer tribuant.

De unctione infirmorum.

XXII. Vt secundum diffinitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, à sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter unguatur.

CAPITVLARE PRIMVM

ANNI DCCCII

S I V E

CAPITVLA DATA MISSIS DOMINICIS

ANNO SECVNDO IMPERII.

Nunc primùm edita ex veteri codice Longobardico MS. bibliothecæ Thuanae.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|--|
| <p>1. DE legatione à Domino Imperatore directa.</p> <p>2. De fidelitate promittenda Domino Imperatori.</p> <p>3. Vt unusquisque se in servitio Dei conservare studeat.</p> <p>4. De perjuriis cavendis.</p> <p>5. De Ecclesiis, viduis, orphanis, & peregrinis.</p> <p>6. Vt beneficium Domini Imperatoris nemo deseret.</p> <p>7. De hoste pergendis.</p> <p>8. Vt bannum Domini Imperatoris aut censum nemo marrire præsumat.</p> <p>9. De iustitia faciendis.</p> <p>10. Vt Episcopi & Presbyteri secundam canones vivant & ceteros doceant.</p> <p>11. De officio Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum erga subditos.</p> <p>12. Vt monachi & Canonici & sanctimonialis secundam regulam vivant.</p> <p>13. De Advocatis, Vicedominis, & Centenariis Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum.</p> <p>14. De concordia Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum cum Comitibus.</p> <p>15. Vt Abbates & monachi subiecti sint Episcopis.</p> <p>16. De ordinatione Clericorum & monachorum.</p> <p>17. Vt monachi secundam regulam vivant.</p> <p>18. Vt monasteria puellarum firmiter observata sint.</p> <p>19. Vt Episcopi & alij Clerici canes ad venandum aut acceptores non habeant.</p> <p>20. Vt Abbatissa & sanctimonialis intra</p> | <p>claustra sua maneant, nec egrediantur absque licentia & consilio Episcopi.</p> <p>21. Vt Presbyteri Comitum Episcopis suis subiecti sint.</p> <p>22. Vt Canonici pleniter vitam canonicam observent.</p> <p>23. Qualis debeat esse conversatio Clericorum qui cum Presbyteris degunt.</p> <p>24. Ne Presbyter aut Diaconus mulieres in domo sua habeat.</p> <p>25. Vt Comites & Centenarij iustitias faciant.</p> <p>26. Vt iudices iudicent secundam legem.</p> <p>27. De hospitalitate.</p> <p>28. Quam providentiam Comites & Centenarij habere debeant erga Missos dominicos.</p> <p>29. De pauperibus non opprimendis.</p> <p>30. De his qui ad Imperatorem confugiant.</p> <p>31. De his qui iustitiam Domini Imperatoris annuntiant.</p> <p>32. De homicidiis cavendis, de compositione occisorum, & de penitentia homicidarum.</p> <p>33. De incestis puniendis. Et de Friccone, qui incestum in sanctimoniali perpetravit.</p> <p>34. Vt omnes parati sint quandocunque Dominus Imperator iusserit.</p> <p>35. De honore Episcoporum & Presbyterorum. Et de nuptiis illicitis.</p> <p>36. Vt omnes Missis dominicis consentientes sint ad iustitias faciendas. Et de perjuriis cavendo.</p> <p>37. De patricidis & fratricidis, & de eorum penitentia.</p> <p>38. De illicitis & incestis conjunctionibus.</p> |
|---|--|

39. *Vt nemo seramina furetur in forestibus dominicis.*

40. *Capitula ad omnes generaliter.*
41. *Admonitio de symbolo fidei.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De legatione à Domino Imperatore directa.

I. **S**erenissimus igitur & Christianissimus Dominus Imperator Karolus elegit ex optimatibus suis prudentissimos & sapientissimos viros, tam Archiepiscopos, quam & reliquos Episcopos, simulque & Abbates venerabiles, laicosque religiosos, & direxit in uniuersum regnum suum, & per eos cunctis subsequen- tibus secundum rectam legem vivere concessit. Vbi autem aliter quam rectè & iustè in lege aliquid esset constitutum, hoc diligentissimo animo exquirere iussit & sibi innotescere, quod ipse donante Deo meliorare cupit. Et nemo per ingenium suum vel astutiam perscriptam legem, ut multi solent, vel sibi suam iustitiam marrire audeat vel præualeat, neque Ecclesiis Dei, neque pauperibus, nec viduis, nec pupillis, nullique homini Christiano. Sed omnes omnino secundum Dei præceptum iusta viverent rationem iusto iudicio, & unusquisque in suo proposito vel professione unanimitè abique turpis lucris negotio plener observassent, sanctimoniales sub diligenti custodia vitam suam custodirent, laici & seculares rectè legibus suis uterentur absque fraude maligna, omnes in invicem in caritate & pace perfectè viverent, & ut ipsi Missi diligenter perquirerent ubicunque aliquis homo sibi iniustitiam factam ab aliquo reclamasset, sicut Dei omnipotentis gratiam ubi cupiant custodire & fidelitatem sibi promissam conservare, ita ut omnino in omnibus ubicunque, sive in sanctis Ecclesiis Dei, vel etiam pauperibus, pupillis, & viduis, atque cuncto populo legem plener atque iustitiam exhiberent secundum voluntatem & timorem Dei. Et si tale aliquid esset quod ipsi per se cum Comitibus provincialibus emendare & ad iustitiam reducere nequissent, hoc absque ulla ambiguitate cum brebiteriis suis ad suum referrent iudicium; & per nullius hominis adulationem vel premium, nulliusque consanguinitatis defensione, vel timore potentum, recta iustitia impediretur ab aliquo.

De fidelitate promittenda Domino Imperatori.

II. Præcepitque ut omnis homo in toto regno suo, sive ecclesiasticus, sive laicus,

unusquisque secundum votum & propositum suum, qui antea fidelitatem sibi Regis nomine promississent, nunc ipsum promissum hominis Caesari faciat. Et ij qui adhuc ipsum promissum non perfecerunt, omnes usque ad duodecimum ætatis annum similiter faciant. Et ut omnibus traderetur publicè qualiter unusquisque intellegere posset magna in isto sacramento & quam multa comprehensa sunt, non, ut multi usque nunc existimaverunt, tantum fidelitatem Domino Imperatori usque in vita ipsius, & ne aliquem inimicum in suum regnum causa inimicitie inducat, & ne alicui infidelitate illius consentiant aut retaciat, sed ut sciant omnes ista miserationem hoc sacramentum habere.

Vt unusquisque se in servitio Dei conservare studeat.

III. Placuit ut unusquisque ex persona propria se in sancto Dei servitio secundum Dei præceptum & secundum sponsonem suam plener conservare studeat secundum intellectum & vires suas, quia ipse Dominus Imperator non omnibus singulariter necessariam potest exhibere curam & disciplinam.

De perjuriis cavendis.

IV. Secundò, ut nullus homo neque cum perjuriis neque aliis ullo ingenio vel fraude per nullius unquam adulationem vel premium neque servum Domini Imperatoris, neque terminum, neque terram, nihilque quod jure potestativo permaneat, nullatenus contradicat neque abstrahere audeat vel celare. Et ut nemo fugitivos fiscales suos, qui se iniustè & cum fraude liberos dicunt, celare neque abstrahere cum perjuriis vel alio injenio præsumat.

De Ecclesiis, viduis, orphanis, & peregrinis.

V. Ut sanctis Ecclesiis Dei, neque viduis, neque orphanis, neque peregrinis fraudem vel rapinam vel aliquid injurie quis facere præsumat: quia ipse Dominus Imperator post Domini & sanctorum ejus, quorum & protector & defensor esse constitutus est.

Vt beneficium Domini Imperatoris nemo deseret.

VI. Ut beneficium Domini Imperatoris

desertare nemo audeat, propriam suam exinde construere.

De hoste pergendi.

VII. Vt hostile bannum Domni Imperatoris nemo prætermittere præsumat, nullusque Comes tam præsumptuosus sit ut illum de his qui hostem facere debiti sunt exinde vel aliqua propinquatis defensionem vel cuius muneris adulationem dimittere audeant.

Vt bannum Domni Imperatoris aut censum nemo marrire præsumat.

VIII. Vt nullum bannum vel præceptum Domni Imperatoris nullus omnino in nullo marrire præsumat, neque opus ejus fricare vel impedire vel minuere vel in alio contrarius fieri voluntati vel præceptis ejus. Et ut nemo debitum suum vel censum marrire ausus sit.

De justitia facienda.

IX. Vt nemo in placito pro alio rationare usum habeat defensionem alterius injustè sive pro cupiditate aliqua minùs rationare valente, vel pro ingenio rationis suæ justum judicium marrire, vel rationem suam minùs valente opprimendi studio. Sed unusquisque pro sua causa vel censu vel debito rationem reddat, nisi aliquis sit infirmus aut rationes nescius, pro quibus Missi vel priores qui in ipso placito sunt, vel iudex qui causam hujus rationis faciat, rationetur complacito, vel si necessitas sit, talem personam largiatur ut rationem qui omnibus probabilis sit & qui in ipsa bene noverit causam. quod tamen omnino fiat secundum convenientiam priorum vel Missorum qui præsentés adiunt. quod & omnimodis secundum justitiam legem fiat adque præmium, mercedem, vel aliquo mala adulationis ingenio, vel defensione propinquitatis, ut nullatenus justitia quis marrire prævaleat. Et ut nemo aliquid alicui injustè consentiat, sed omni studio & voluntate omnes ad justitiam perficiendam preparati sint. Hæc enim omnia supra dicta imperiali sacramento observari debentur.

Vt Episcopi & Presbyteri secundum canones vivant & ceteros doceant.

X. Vt Episcopi & Presbyteri secundum canones vivant & ita ceteros doceant.

De officio Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum erga subditos.

XI. Vt Episcopi, Abbates, atque Abbatissæ, qui ceteris prælati sunt, cum summa veneratione ac diligentia subjectis sibi præesse studeant, non potentiva domina-

tionem vel tyrannide sibi subjectos premant, sed simplici dilectione cum mansuetudine & caritate vel exemplis bonorum operum commissum sibi gregem sollicitè custodiant.

Vt monachi & Canonici & sanctimoniales secundum regulam vivant.

XII. Vt Abbates ubi monachi sunt pleniter cum monachis secundum regulam vivant atque canones diligenter discant & observent. Similiter Abbatissæ faciant.

De Advocatis, Vicedominis, & Centenariis Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum.

XIII. Vt Episcopi, Abbates, atque Abbatissæ Advocatos atque Vicedominos Centenariosque legem scientes & justitiam diligentes pacificosque & mansuetos habeant, qualiter per illosque sancta Dei Ecclesia magis præceptum vel merces adcreseat, quia nullatenus neque Præpositos neque Advocatos damnosos & cupidos in monasteria habere volumus, à quibus magis nos blasphemia vel detrimenta oriantur. Sed tales sint quales eos canonica vel regularis institutio fieri jubet voluntati Dei subditos & ad omnes justitiam perficiendi semper paratos, legem pleniter observantes absque fraude maligna, justum semper judicium in omnibus exercentes, Præpositos vestros tales quales sancta regula fieri docet. Et hoc omnino observent ut nullatenus à quibus magis nobis à canonica vel regulari norma discedant, sed humilitatem in omnibus habeant. Si autem aliter præsumperint, regularem disciplinam sentiant. Et si se emendare noluerint, à Præposito removeantur, & qui digni sunt, in loca eorum subrogentur.

De concordia Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum cum Comitibus.

XIV. Vt Episcopi, Abbates, atque Abbatissæ, Comitèsque unanimiter invicem sint consentientes legem ad judicium justum terminandum cum omni caritate & concordia pacis, & ut fideliter vivant secundum voluntatem Dei, ut semper ubique & propter illos & inter illos justum judicium, ibique perficiantur pauperes, viduæ, orphani, & peregrini consolationem atque defensionem ab eis habeant; ut & nos per eorum bonam voluntatem magis præmium vitæ æternæ quam supplicium mereamur.

Vt Abbates & monachi subjecti sint Episcopis.

XV. Abbates autem & monachi om-

nimodis volumus & præcipimus ut Episcopis suis omni humilitate & obedientia sint subiecti, sicut canonica constitutio mandat. Et omnes Ecclesie atque basilicæ in ecclesiastica defensione & potestate permaneant. Et de rebus ipsius basilicæ nemo ausus sit in divisione aut in sorte mittere. Et quod semel offeritur non revolvatur & sanctificat & vindicat. Et si autem aliter præsumperit, præsolvatur, & banum nostrum componat. Et monachi ab Episcopo provincie ipsius corripiantur. Quod si se non emendent, tunc Archiepiscopus eos ad synodum convocet. Et si neque sic se correxerint, tunc ad nostram præsentiam simul cum Episcopo suo veniant.

De ordinatione Clericorum & monachorum.

XVI. De ordinatione eligenda, ut Dominus Imperator jam olim ad Francorum banno concessit, ut Episcopi Abbatibus, ita etiam nunc & firmavit, eo tamen tenore, ut neque Episcopus neque Abbas in monasterio viliores meliori plus diligit, & cum sibi propter consanguinitatem suam vel aliqua adolationem melioribus suis præferre studeat, & talem nobis ducit ordinandum cum meliorem eo habet occultatum & oppressum, quod nequaquam fieri volumus: quia inrisio & delusio nostra hoc fieri videtur. Sed tales in monasteriis nutriantur ad ordinandum in quibus & nobis merces & profectus adcreseat commendatoribus suis.

Ut monachi secundum regulam vivant.

XVII. Monachi autem ut firmiter ac fortiter secundum regulam vivant: quia displicere Deo novimus quisquis in sua voluntate tepidus est, testante Iohanne in

Apocal. 3. *Apocalypsin: Vinam calidus esses aut frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo.* Secularem sibi negligentiam nullatenus usurpent. Foris monasterio nequaquam progrediendi licentiam habeant, nisi maxima cogente necessitate, quod tamen Episcopus, in cuius diocefi erunt, omnino procuret, ne foris monasterio vagandi usum habeant, sed si necessitas sit ad aliquam obedientiam aliquem foris pergere, & hoc cum consilio & consensu Episcopi fiat, & tales personæ cum testimonium foris mittantur in quibus nulla sit suspitio mala vel à quibus nulla opinio mala oriatur, Foris verò peculium vel res monasterij sui Abbas cum Episcopi sui licentia & consilio ordinet qui prævideat, non monachum, nisi alium

fidelem. Quæstum verò secularem vel concupiscentiam mundanarum rerum omnibus modis devitent: quia avaritia vel concupiscentia hujus mundi omnibus est evitanda Christianis, maxime tamen his qui mundo & concupiscentiis abrenuntias se videntur. Lites & contentiones nequaquam neque infra neque foris monasterio movere præsumant. Qui autem præsumperint, gravissima disciplina regulari corripiantur, ut taliter ceteri metum habeant talia perpetrandi. Ebrietatem & comessionem omnino fugiant, quia inde libidine maxime polluari omnibus notum est. Nam pervenit ad aures nostras opinio perniciosissima, in fornicatione & abominatione & inmunditia multos jam in monasteriis esse deprehensos, maxime contristat & conturbat, quod sine horrore magno dici non potest, ut inde maximam spem salutis omnibus Christianis oriri crederent, id est, de vita & castitate monachorum, in tantum ut aliquis ex monachis sodomitæ esse auditum. Vnde etiam rogamus & contestamur ut certissime amplius ex his diebus omni custodia se ex his malis conservare studeant, ut nunquam amplius tale quid ad nostras aures perveniat. Et hoc omnibus notum sit, quia nullatenus injusta mala in nullo loco amplius in toto regno nostro consentire audeamus, quanto minus inter eos quos castitatis & sanctimonie emendationis esse cupimus. Certè amplius quid tale ad aures nostras pervenerit, non solum in eos, sed etiam in ceteros qui talia consentiant, talem ultionem facimus ut nullus Christianus qui hoc audierit nullatenus tale quid perpetrare amplius præsumperit.

Ut monasteria puellarum firmiter observata sint.

XVIII. Monasteria puellarum firmiter observata sint, & nequaquam vagare sinantur, sed cum omni diligentia conferventur, neque litigationes vel contentiones inter se movere præsumant, neque in nullo magistris & Abbatissis inobedientes vel contrarie fieri audeant. Vbi autem regulares sunt, omnino secundum regulam observent. Non fornicatione deditæ, non ebrietati, non cupiditati servientes, sed omnimodis justè & sobriè vivant. Et ut in claustra vel monasterium earum vir nullus intret, nisi ad Missam tantum, & statim exeat. Et ut nemo alterius filiam suam in congregationem sanctimonialium recipiat absque notitia vel consideratione Episcopi ad

ad cuius diocesim pertinet locus ille, & ut ipse diligenter exquirat qualiter in sancto Dei servitio permanere cupiat, & stabilitatem suam ibidem firmare vel professionem. Ancillæ autem aliorum hominum vel tales femine quæ secundum morem conversationis in sancta congregatione vivere nolunt, omnes pleniter de congregatione eiciantur.

Vt Episcopi & alij Clerici canes ad venandum aut acceptores non habeant.

XXIX. Vt Episcopi, Abbates, Presbyteri, Diaconi, nullusque ex omni clero canes ad venandum, aut acceptores, falcones, seu sparvarios habere præsumant; sed pleniter se unusquisque in ordine suo canonicè vel regulariter custodiant. Qui autem præsumpserit, sciat unusquisque honorem suum perdere. Ceteri verò tale exinde damnum patiantur ut reliquum habeant talia sibi usurpare.

Vt Abbatissæ & sanctimonialibus intra claustra sua maneant, nec egrediantur absque licentia & consilio Episcopi.

XX. Vt Abbatissæ unâ cum sanctimonialibus suis unanimiter ac diligenter infra claustra se custodiant, & nullatenus foris claustra ire præsumant. Sed Abbatissæ cum * propter aliquas de sanctimonialibus dirigere, hoc nequaquam absque licentia & consilio Episcopi sui faciant. Similiter & cum ordinationem aliquam in monasteriis agere debeant vel aliquas in monasteriis receptiones facere, & hoc cum Episcopis suis pleniter antea retractent; & quod salubrius vel utilius fieri disponat, Episcopi Archiepiscopo annuntient, & cum ejus consilio quæ agenda sunt perficiantur.

Vt Presbyteri Comitum Episcopis suis subiecti sint.

XXI. Vt Presbyteros ac ceteros Canonicos, quos Comites suis in ministeriis habent, omnino eos Episcopis suis subiectos exhibeant, ut canonica institutio jubet, & de his Episcopis suis pleniter sub sancta disciplina eos erudire sint consentientes, sicut nostram gratiam vel suos honores habere desiderant.

Vt Canonici pleniter vitam canonicam observent.

XXII. Canonici autem pleniter vitam observent canonicam, & in domo episcopali vel etiam in monasterio cum omni diligentia secundum canonicam disciplinam erudiantur. Nequaquam foris vagari sinantur, sed sub omni custodia vi-

Tom. I.

vant, non turpis lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homicidæ, non raptores, non litigiosi, non iracundi, non elati, non ebriosi, sed casti corde & corpore, humiles, modesti, sobrii, mansueti, pacifici, ut filij Dei digni sint ad sacros ordines promoveri. Non per vicos neque per villas ad Ecclesiam vicini vel terminantes sine magisterio vel disciplina, qui Sarabaiti dicuntur, luxuriando vel fornicando vel etiam cetera iniqua operando quæ consentiri absurdum est.

Qualis debeat esse conversatio Clericorum qui cum Presbyteris degunt.

XXIII. Presbyteri Clericos quos secum habent sollicitè prævideant ut canonicè vivant, non inanis lusibus, vel conviviis secularibus, vel canticis vel luxuriosis usum habeant, sed castè & sobriè vivant.

Ne Presbyter aut Diaconus mulieres in domo sua habeat.

XXIV. Si quis autem Presbyter sive Diaconus post hoc in domo sua secum mulieres extra canonicam licentiam habere præsumpserit, honorem simul & hereditatem privet utriusque ad nostram presentiam.

Vt Comites & Centenarij iustitias faciant.

XXV. Vt Comites & Centenarij omnes ad iustitiam faciendam compellant, & juniores tales in ministeriis suis habeant in quibus securi confidant quia legem atque iustitiam fideliter observent, pauperes nequaquam oppriment, fures, latronesque, & homicidas, adulteros, maleficos, atque incantatores, vel auguriatrices, omnesque sacrilegos nulla adulatione vel præmio nullòque sub tegimine celare audeant, sed magis proderè, ut emendentur & castigentur secundum legem, ut Deo largiente omnia hæc mala à Christiano populo auferantur.

Vt iudices judicent secundum legem.

XXVI. Vt iudices secundum scriptam legem iustè judicent, non secundum arbitrium suum.

De hospitalitate.

XXVII. Præcipimusque ut in omni regno nostro neque dives neque pauper peregrinis hospitia denegare audeant, id est, sive peregrinis propter Deum ambulantibus per terram, sive cuilibet iteranti propter amorem Dei & propter salutem animæ suæ rectum & focum aquam nemo illi denegat. Si autem amplius eis aliquis boni facere voluent, à Deo sibi ficiant re-

A a

Matth. 18.
Ibid. 15.

tributionem optimam, ut ipse dixit: *Qui autem susceperit unum parvulum propter me, me suscipit.* Et alibi: *Hospes sui, & suscepisti me.*

Quam providentiam Comites & Centenarij habere debeant erga Missos dominicos.

XXVIII. De legationibus à Domino Imperatore venientibus Missis directis, ut Comites & Centenarij prævideant omni sollicitudine, sicut gratiam Domini Imperatoris cupiunt, ut absque ulla ortu eant per ministeria eorum, omnibusque omnino præcipiant qui hoc debiti sunt prævidere ut nullam moram nusquam patiantur, sed cum omni festinatione eos faciant ire viam suam, & taliter providentiam suam habeant ut Missi nostri disponant.

De pauperibus non opprimendis.

XXIX. De pauperibus verò qui in sua elemosyna Dominus Imperator concedit qui pro banno suo solvere debent, ut eos iudices, Comites, vel Missi nostri pro concessio non habeant constringere pro arte sua.

De his qui ad Imperatorem confugiunt.

XXX. De his quos vult Dominus Imperator Christo propitio ut pacem ac defensionem habeant in regno suo, id sunt, qui ad suam elementiam festinant aliquid nuntiare cupientes, sive ex Christianis, sive ex paganis, aut propter inopiam vel propter famem suffragantiam quarunt, ut nullus eos sibi servitio constringere vel usurpare audeat, neque alienare, neque vendere; sed ubi sponte manere voluerint, sub defensione Domini Imperatoris ibi habeant suffragia in sua elemosyna. Si quis hoc transgredere præsumpserit, sciat se exinde damnum pati vitam præsumptiosus dispositum iussu Domini Imperatoris.

De his qui iustitiam Domini Imperatoris annuntiant.

XXXI. Ut his qui iustitiam Domini Imperatoris annuntiant nihil læsionis vel injuriæ quis machinare præsumat, neque aliquid inimiciæ contra eos movere. Qui autem præsumpserit, bannum dominicum solvat. Vel si majoris debiti reus sit, ad suam præsentiam perducij iustum est.

De homicidiis cavendis, de compositione occisorum, & de penitentia homicidarum.

XXXII. Homicidia, pro quibus multitudo perit populi Christiani, omni contestatione deserere ac vetare mandamus; quia ipse Dominus odia & inimicitias suas fidelibus contradixit, multo magis homi-

cidia. Quomodo enim sibi Deum placatum fore confidit qui filium suum proximum sibi occidit. Qualiter verò Christum Dominum sibi propitium esse arbitretur qui fratrem suum interfecerit? Magnum quoque & inhabitaculum periculum est cum Deo Patre & Christo cœli terræ dominatore inimicitias hominum movere, quos aliquid tempus latitando effugere potest, sed tamen casu aliquando in manus inimicorum suorum incidit, Deum autem ubi effugere valet, cui omnia secreta manifesta sunt, qui temeritatem ejus ira quis extimat de re. Quapropter ne populus nobis ad regendum commissus hoc malo pereat, hoc omni disciplina devitare prævidimus; quia nos nullo modo placatum vel propitium habebit qui sibi Deum iratum non formidaverit. Sed severissima districtione vindicare volumus in eum qui malum homicidij ausus fuerit perpetrare. Tamen ne peccatum adcrecat, & inimicitia maxima inter Christianos non fiat, vel suadente diabolico homicidia contingant, statim reus ad suam emendationem recurrat, toraque celeritate perpetratum malum ad propinquos extincti digna compositione emendet. Et hoc firmiter bannimus, ut parentes interfecti nequaquam inimicitiam super commissum malum adaugere audeant, neque pacem fieri petenti denegare, sed data fide paratam compositionem recipere & pacem perpetuam reddere, verum autem nullam moram compositionis facere. Vbi autem hoc peccatorum merito contingerit ut quis vel fratres vel propinquum suum occidit, statim se ad penitentiam sibi compositam sumit, & ita ut Episcopus ejus sibi disponat absque ulla ambiguitate, sed juvante Domino perficere suum remedium studeat, & conponat occisum secundum legem, & cum propinquis suis se omnino complacat, & data fide nullam inimicitiam exinde movere nemo audeat. Qui autem dignam emendationem facere contempserit, hereditate privetur usque ad iudicium nostrum.

De incestis puniendis. Et de Friccone, qui incestum in sanctimoniali perpetravit.

XXXIII. Incestuosum scelus omnino prohibemus. Si quis autem nefanda fornicatione contaminatus fuerit, nullatenus sine districtione gravi relaxetur, sed taliter ex hoc corripiatur ut ceteri metum habeant talia perpetrandi, ut auferatur penitus immunditia à populo Christiano, &

ut reus ex hoc per poenitentia amittat pleniter sicut ei ab Episcopo suo disponatur, & eadem femina in manus parentum fit constituta usque ad iudicium nostrum. Si autem iudicium Episcopi ad suam emendationem consentire noluerit, tunc ad nostram praesentiam perducatur, memores exempli quod de incesto factum est quod Fricco perpetravit in sanctimoniali Dei.

Vt omnes parati sint quancumque Dominus Imperator iusserit.

XXXIV. Vt omnes pleniter bene parati sint quancumque iussio nostra vel annuntiatio advenerit. Si quis autem tunc se imparatum esse dixerit & praeterierit mandatum, ad palatium perducatur, & non solum ille, sed etiam omnes qui bannum vel praecipuum nostrum transgredere praesumunt.

De honore Episcoporum & Presbyterorum. Et de nuptiis illicitis.

XXXV. Vt omnes omnino Episcopos & Presbyteros suos omni honore venerentur in servitio & voluntate Dei; & ne incestis nuptiis & se ipsos & ceteros maculare audeant, conjunctiones facere non praesumant antequam Episcopi Presbyteri cum senioribus populi consanguinitatem conjugentium diligenter exquirant. Et tunc cum benedictione jungantur. Ebrietatem devitent, rapacitatem fugiant, furtum non faciant, lites & contentiones atque blasphemias sive in conviviis sive in conplacito omnino devitentur, sed cum caritate & concordia vivant.

Vt omnes Missis dominicis consentientes sint ad iustitias faciendas. Et de perjurio cavendo.

XXXVI. Et ut omnes omnino ad omnem iustitiam exsequendam Missis nostris sint consentientes, & usum perjurij omnino non permittant, quia hoc pessimum scelus Christiano populo auferri necesse est. Si quis autem post hoc in perjurio probatus fuerit, manum dextera semper depreciet, tamen hereditate propria priventur usque ad nostrum iudicium.

De patriciis & fratricidis, & de eorum poenitentia.

XXXVII. Ve hij qui patricidia vel fratricidia fecerint, avunculum, patrum, vel aliquem ex propinquis occiderint, & iudicium Episcoporum, Presbyterorum, ceterorumque iudicum obedire & consentire noluerint, quod ad salutem animae suae iustumque iudicium solvendum Missi nostri & Comes in Italia custodia coar-

Tom. I.

tent ut salvi sint, nec ceterum populum coinquent, usque dum in nostra praesentia perducantur, & de res proprias suas interim nihil habeant.

De illicitis & incestis conjunctionibus.

XXXVIII. Similiter & his fiat qui illicitis & incestis conjunctionibus reprehensi sunt correpti, & nec se emendare volunt, neque Episcopis neque Presbyteris suis obtemperare, & bannum nostrum praesumunt contemnere.

Vt nemo seramina furetur in foreisibus dominicis.

XXXIX. Vt in forestes nostras seramina nostra nemo furari audeat, quod jam multis vicibus fieri contradiximus, & nunc iterum bannimus firmiter ut nemo amplius faciat, sicut fidelitatem nobis promissam unusquisque conservare cupiat, ita sibi caveat. Si quis autem Comes vel Centenarius aut Ballus noster aut aliquis de ministerialibus nostris seramina nostra furaverit, omnino ad nostram praesentiam perducantur ad rationem. Ceteris autem vulgis, qui ipsum furtum de seraminibus fecerit, omnino quod iustum est componat, nullatenusque eis exinde aliquid relaxetur. Si quis autem hoc scierit alicui perpetratum, in ea fidelitate conservata quam nobis promiserunt & nunc promittere habent, nullus hoc celare audeat.

Capitula ad omnes generaliter.

XL. Novissimè igitur ex omnibus decretis nostris nosse cupimus in universo regno nostro Missos nostros nunc directos, sive inter ecclesiasticos viros, Episcopos, Abbates, Presbyteros, Diaconos, Canonicos, omnes monachos, sive sanctimoniales, qualiter unusquisque in suo ministerio vel professione nostra bannum vel decretum habeat conservatum, vel ubi civibus ex his dignum sit ex bona voluntate sua gratias agere vel adjutoria impendere, vel ubi aliquid adhuc sit necessitatis emendare. Simili autem laicos & in omnibus ubicunque locis. Si de mundeburde sanctarum Ecclesiarum vel etiam viduarum & orphanorum seu minimum potentium atque rapina, nec non de exercitali placito instituto, & super ipsis causis, qualiter praecipuo vel voluntati nostrae sint obedientes, vel etiam qualiter bannum nostrum habeant conservatum, qualiterque super omnia unusquisque certamen habeat in sancto servitio seipsum custodire. Et si haec omnia bona & bene sunt ad Dei omnipotentis laudem, ei gratias re-

A a ij

feramus, ut dignum est. Vbi autem aliquid malum esse credimus, sic ad emendandum omne studio & voluntate certamen habeamus ut cum Dei adiutorio hoc ad emendationem perducamus, & ad nostram aeternam mercedem & omnium fidelium nostrorum. Similiter & de Comitibus vel Centenariis ministerialibus nostris inter nos omnia supradicta nosse cupimus feliciter.

Admonitio de symbolo fidei.

XLI. Audite, fratres dilectissimi, pro salute vestra hunc Missum ut ammoneamus vos quomodo secundum Deum iuste & bene vivatis, & hoc secundum cum iustitia & cum misericordia conversemur. Ammonemus vos in primis ut credatis unum

Deum Patrem omnipotentem & Filium & Spiritum sanctum. Hic est unus Deus & verus, perfecta Trinitas, & vera unitas. Deus, creator omnium bonorum nostrorum. Credite filium Dei pro salute mundi hominem factum, natum de Spiritu sancto & Virgine Maria. Credite quod pro nostra salute mortem passus est, & tertia die surrexit a mortuis, ascendit in caelo, sedet ad dexteram Dei. Credite eum venturum ad iudicandos vivos & mortuos, & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Credite unam Ecclesiam, id est, congregationem bonorum hominum per totum orbem terrae. Et scitote quia illi soli salvi esse poterunt & illi soli ad regnum Dei pertinent qui in istius Ecclesiae sedis & communionis & caritate perseverant.

CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCII.

S I V E

ALIA CAPITVLA

DATA MISSIS DOMINICIS EODEM ANNO.

Nunc primum edita ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino bibliotheca Vaticanae, altero sancti Vincentij Metensis.

ITEM CAPITVLA KAROLI IMPERATORIS MAGNI.

- | | |
|---|--|
| <p>I. DE fidelitate iurandum ut omnes reponant.</p> <p>II. De Episcopis & reliquis sacerdotibus, si secundum canonicam institutionem vivant, & si canones bene intellegant & adimpleant.</p> <p>III. De Abbatibus, utrum secundum regulam an canonicè vivant, & si regulam aut canones bene intellegant.</p> <p>IV. De monasteriis virorum ubi monachi sunt, si secundum regulam vivant, ubi promissa est.</p> <p>V. De monasteriis puellarum, utrum secundum regulam an canonicè vivant, & de claustris earum.</p> <p>VI. De legibus mundanis.</p> <p>VII. De perjuriis.</p> | <p>VIII. De homicidiis.</p> <p>IX. De adulteris & inlicitis causis perpetratis tam per episcopia & monasteria virorum & puellarum quamque inter seculares homines.</p> <p>X. De illis hominibus qui nostra beneficia habent destructa & alodes eorum restitutos. Similiter & de rebus Ecclesiarum.</p> <p>XI. De illis Saxonibus qui beneficia nostra in Francia habent, quomodo aut qualiter habeant condicte.</p> <p>XII. De oppressione liberorum hominum pauperum qui in exercitu ire debent, & a iudicibus sunt oppressi.</p> <p>XIII. Ut omnes preparati sint bene, quandoque nostra iussio venerit.</p> |
|---|--|

XIV. De navigiis preparandis circa littora maris.

XV. De liberis hominibus qui circa maritima loca habitant, si nuntius venerit ut ad succurrendum debeant venire, & hoc neglexerint, unusquisque solidos viginti componat, medietatem in dominico, medietatem ad populum. Si ictus fuerit, solidos quindecim componat ad populum, & fredo dominico.

XVI. De legationibus ad nos venientibus, & de Missis à nobis directis.

XVII. De his quos volumus ut pacem habeant & defensionem per regna Christo propitio nostra.

XVIII. De illis hominibus qui justitiam nostram adnuntiantes occisi sunt.

XIX. De decimis & nonis atque justitia Ecclesiarum Dei, ut omnes dare & emendare studeant.

XX. De banno Domni Imperatoris Karoli, quod per semetipsum consuetus est bannire, id est, de mundoburdo Ecclesiarum & viduarum & orphanorum &

minus potentium, atque derapto, & de exercitali placito instituto, ut hi qui ista inruperint, bannum dominicum omnimodis componant.

XXI. Ut omnes habeant bonos Vice-dominos & Advocatos.

XXII. Ut diligenter inquirent inter Episcopos, Abbates, sive Comites, vel Abbatissas, atque Vassos nostros, qualem concordiam & amicitiam ad invicem habeant per singula ministeria, aut si aliqua discordia inter ipsos esse videtur, & omnem veritatem in eorum sacramento nobis exinde renuntiare non negligant.

XXIII. De omni re insuper totum undecunque necesse fuerit, tam de justitiis nostris, quamque justitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, & ceterorum hominum inquirent & perficiant. Et quodcunque ad emendandum invenerint emendare studeant in quantum melius potuerint. Et quod per se emendare non potuerint, in presentiam nostram adduci faciant.

DE LOCIS VBI MISSI ESSE DEBENT.

IN primis de Aurelianensē civitate ad Segonnam quomodo rectum est, deinde ad Treca cum Tricassino toto, inde ad Lingonis, de Lingonis ad Biffancion in villam partis Burgundia, inde verò ad Augustidunum, postea ad Ligerem usque ad Aurelianus, sunt Missi Magni Archiepiscopus & Godefridus Comes.

In Parisiaco, Melciano, Melidunensi, Provenensi, Stampinensi, Carnotinensi, Pinciacinensi, Fardulfus & Stephanus. In Cenomanico, Hoxonenensi, Livino, Bajocassinio, Constantino, Abrincatino, Ebreicino, & Madricinensi, & de illa parte Sequanae, Rodomenensi, Magenardus Episcopus & Madelgaudus.

SACRAMENTALE PROMISSIONIS FACTÆ IMPERATORI.

Sacramentale qualiter promitto ego quòd ab isto die in antea fidelis sum Domino Karolo piissimo Imperatori filio Pippini Regis & Berthanae Reginae pura mente absque fraude & malo ingenio de mea parte ad suam partem, & ad honorem regni sui, sicut per dictum debet esse

homo domino suo. Si me adjuvet Deus & ista sanctorum patrocinia, quae in hoc loco sunt, quia diebus vitae meae per meam voluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, sic attendam & consentiam.

ITEM ALIVD.

Sacramentale qualiter repromitto ego Domino Karolo piissimo Imperatori filio Pippini Regis & Berthanae fidelis sum sicut homo per dictum debet esse domino suo, ad suum regnum, & ad suum rectum. Et illud sacramentum quod juratum ha-

beo custodiam & custodire volo, in quantum ego scio & intellego, ab isto die in antea. Si me adjuvet Deus, qui caelum & terram creavit, & ista sanctorum patrocinia.



CAPITVLARE AQVISGRANENSE

S I V E

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCCIII

Factum, ut videtur, in magna synodo, quando Paulinus Patriarcha Aquileiensis vices apostolicæ sedis tenuit in Aquis.

De rebus Ecclesiæ non dividendis.

Lib. 1. Ca-
pitular. c.
77.

I. **Q**uia juxta sanctorum patrum traditionem novimus res Ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus ullius Ecclesiæ suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris neque filiorum & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem aut jacturam patiantur.

Vt Episcopi per electionem cleri & populi vite merito & sapientiæ eligantur.

Ibid. c. 78.

II. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiretur honore, adfensum ordini ecclesiastico præbuimus, ut scilicet Episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta canonum de proprio diocesi, remota personarum & munerum acceptatione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.

Vt Ecclesiarum privilegia vel facultates, sive quicquid ad ejus dominium pertinet, nullus invadere presumat.

Vl. 416.

III. Præcipimus omnibus ditioni nostre subiectis ut nullus privilegia Ecclesiarum vel monasteriorum infringere, resque Ecclesiarum invadere, vel vastare, aut alienare, vel facultates earum diripere presumat, nec sine precaria possidere pertentet: quia, sicut à sanctis patribus instructi sumus, gravissimum peccatum hoc esse dinoscitur, testante sacra scriptura, quæ ait: *Qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, homicidij particeps est.* Pater noster sine du-

bio Deus est, qui nos creavit. Mater nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ fraudat vel rapit, five vastat vel alienat, homicida ante conspectum justi judicis esse deputabitur. De quo quidam sapientium dicit: *Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit. Qui autem pecuniam Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.*

De Chorepiscoporum superstitione atque damnatione.

IV. Omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris notum esse volumus quia non parva questio de Chorepiscoporum superstitione ad nos non semel aut bis aut ter venerat, sed sæpissime nostris auribus molestiam intulerat. Ipsa enim questio non solum inter Clericos sed etiam inter laicos crebrius ventilabatur. Dicebant ergo Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi à regularibus Episcopis ordinati non esse eos Presbyteros vel Diaconos aut Subdiaconos qui à Chorepiscopis videbantur quasi sacriati, nec sacerdotale eos debere peragere officium, nisi forent à canonicè ordinatis Episcopis consummati. Sumentes quoque de canonica auctoritate sanctionem, affirmabant à Chorepiscopis ordinatos vulneratum potius quam episcopopallyter sanctificatum per illam manus impositionem habere caput. Vbi autem vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Similiter & laici dicebant quòd talium ministrorum vel sacerdotum, id est, qui à Chorepiscopis erant quasi ordinati, officia audire nolent, nec eorum infantes majores vel minores aut familiam eorum per manus impositionem consignari vel confirmari usquam vellent, ne magis vulnus quam benedictionem acciperent. Quod jurgium cum enucleatius discutere voluissimus, placuit nobis ex hoc apostolicam sedem

consulere, jubente canonica auctoritate atque dicente: *Si majores cause in medio fuerint devolute, ad sedem apostolicam, ut sancta synodus statuit & beata consuetudo exigit, incunctanter referatur.* Quapropter Arnorem Archiepiscopum ad Leonem Apostolicum misimus, ut inter cetera quae ferebat, etiam eum ex hoc interrogaret, ut quicquid super his definiendum esset, apostolica auctoritate à nostris Episcopis regulariter sopiretur. Qui nobis verbis & scriptis ab eo renuntians hæc non esse necesse iterare vel definire, quia secessisse à suis prædecessoribus & à multis sanctis Episcopis atque synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos atque damnatos, & ideo non esse necesse ventilare, sed definita tenere. Dixit enim nullum fore Presbyterum vel Diaconum aut Subdiaconum ab eis ordinatum, nec Ecclesiam ab eis dedicatam, nec virginem consecratam, nec quemquam confirmatum, neque quicquam quod de episcopali ministerio præsumpsere esse peractum, sed quicquid ex his ab eis illicitè erat præsumptum, omnia à canonicè ordinatis Episcopis debere rite peragere & in meliorem statum reformare: quia quod non ostenditur gestum, ratio non finit ut videatur iteratum. Prædictos autem Chorepiscopos omnes præcepit damnare & in exilio detrudi. Ita verò omnes, maximè regni nobis à Deo commissi, Episcopi cum eodem Arnone permittente præfato Apostolico mitius tractantes, jamdictos villanos Episcopos inter Presbyteros statuerunt, ita ut amplius nihil de episcopali ministerio prælumerent, nec ipsi deinceps à quoquam fierent qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque est in synodo quam Reginiburg pro eadem vel pro aliis causis apostolica auctoritate præfato prætextu habuimus nihil ex prædictis à quoquam eorum agere nec facere volentibus consentire, sed quicquid ab his episcopaliter præsumptum est, à canonicè ordinatis Episcopis peragi debere, nec ullum usquam de episcopali ministerio à Chorepiscopis aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod aliquis horum accipere potuisset: quoniam quod non habuit quis eorum, dare non potuit. Nam Episcopi non erant, quia nec ad quandam civitatis episcopalem sedem titulati erant, nec canonicè à tribus Episcopis ordinati. Ideo de episcopali ministerio nihil agere poterunt. Et idcirco non ostenditur gestum

quod præfixi agere putaverunt, quia quod non habuerunt, nullatenus dare poterunt. Ideo namque nulla causa permittit ut videatur iteratum quod de causis memoratis à canonicè ordinatis Episcopis cognoscitur regulariter peractum. Unde & cum sæpe questio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam esse tribuendum quod non decet fuisse conlatum. Scimus enim, sicut & in antiquis patrum legitimis decretis, posse vera ac justa legitimi Episcopi benedictione auferri omne vitium quod à vitioso fuerat injectum.

Vt nullus Chorepiscopus per impositionem manus Spiritum sanctum tradat aut consecrationem pontificalem faciat.

V. Placuit, sicut Leonis Papæ & omnium Episcoporum nostrorum atque reliquorum fidelium generali & synodali consensu decrevimus, ut nullus Chorepiscopus per manus impositionem Spiritum sanctum tradere aut sacerdotes vel Levitas aut Subdiaconos Sacrare, vel virgines velare, aut sanctum chrisma conficere, vel Ecclesias aut altaria sacrare, aut benedictionem in publica Missa populis tribuere præsumat, quæ omnia summis Pontificibus, id est, cathedralibus Episcopis, debentur, & non Chorepiscopis vel Presbyteris, quorum formam, juxta sanctorum canonum decreta, Chorepiscopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis geruntur, & ipsi omni ecclesiastico honore funditus priventur.

De his qui à Chorepiscopis sunt ordinati Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi.

VI. Ut hi qui à Chorepiscopis Presbyteri vel Diaconi aut Subdiaconi sunt ordinati nullatenus in presbyteratus vel diaconatus aut subdiaconatus officio ministrare præsumant. Similiter homines qui ab imperitis ab eis videntur esse confirmati, vel virgines seu Ecclesie sacratae, aut chrisma consecratum, sive altaria dedicata, pro confirmatis vel sacratis aut dedicatis minimè habeantur: quia quæ illi non habuerunt, dare non potuerunt. quoniam ex his eis quicquam agere non licet. quæ omnia summis Pontificibus debentur, & non Chorepiscopis, qui nec summi Pontifices vel Episcopi fuerunt nec deinceps unquam fieri possunt. Nullum enim ex septuaginta ex his aliquid unquam fecisse legitimus vel scimus, ad quorum exemplum & formam Presbyteros vel Chorepiscopos, antequam

ipsi Chorepiscopi prohibiti essent, fuisse agnovimus. Hæc verò omnia à cathedralibus Episcopis, qui à comprovincialibus Episcopis aut præsentia aut iudicio Metropolitanis consecrati esse noscuntur, agenda sunt, & non à Presbyteris vel Chorepiscopis, qui ambo unius formæ esse videntur. Quæ si ab eis aut propter imperitiam aut propter præsumptionem acta, ut prædictum est, ab imperitis esse putantur, à cathedralibus tamen Episcopis reformanda vel peragenda sunt; quia quæ illi in his agere cogitarunt, imperfecta remanserunt; & ut jam prælibatum est, quod illi non habuerunt, dare non poterunt. Episcopi namque non fuerunt, quia nec à tribus Episcopis nec ad aliquam episcopalem cathedram ordinati fuerunt. & ideo ex his nihil agere poterunt. Et ne alicui talis ordinatio vel confirmatio aut consecratio reiteratio esse videatur, attendat illud quod scriptum est: *Quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum.* Et reliqua talia eorumque similia.

De sacerdotum purgatione.

v. 36.

VII. Omnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus quòd sæpissime, suadente antiquo hoste, Sacerdotibus diversa crimina obiciantur. Sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris nostri Pippini five prædicti temporibus à sanctis patribus & à reliquis bonæ devotionis hominibus sæpissime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minimè quivimus. Nostri quippe temporibus id ipsum à sanctis Episcopis & reliquis Sacerdotibus, & ceteris ecclesiastica dignitatis ministris nostris in regnis seu in aliis Deo degentibus, nobisque unà cum eis agentibus, sæpissime propter multas & nimias reclamaciones, quæ ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu Domni & pa-

tris nostri Leonis Apostolici ceterorumque Romanæ Ecclesiæ Episcoporum & reliquorum Sacerdotum, sive Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum & Sacerdotum, necnon & nostrorum Episcoporum omnium, ceterorumque Sacerdotum ac Levitarum auctoritate & consensu, atque reliquorum fidelium & cunctorum Consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vobis omnibus utriusque ordinis ministris scire volumus. Statutum est namque ratione & necessitate ac auctoritate prædicta consultu omnium ut quotienscunque cuiquam Sacerdoti crimen imponitur, si ipsis accusator talis fuerit ut accipi debeat, quia quales ad accusationem Sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est. Si autem, ut dictum est, ille accusator, qui canonicè est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium adprobare in conspectu Episcoporum potent, tunc canonicè iudicetur. Et si culpabilis inventus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum superscripto pretexto adprobare ipse accusator minimè potent, & hoc canonicè definatur. Ipse ergo Sacerdos si suspiciosus aut incredulus suo Episcopo aut reliquis suis consacerdotibus sive bonis & iustis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus aut quinque vel septem bonis ac vicinis Sacerdotibus, exemplo prædicti Leonis Papæ, qui duodecim Presbyteros in sua purgatione habuit, vel eo amplius, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse perspexerit, & cum aliis bonis & iustis hominibus, se sacramento coram populo super quatuor evangelia dato purgatum Ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat quales testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.



ALIVD CAPITVLVM
 DE PVRGATIONE SACERDOTVM

Datum, ut apparet, post tempus superioris Capitularis, eodem tamen anno, & ante synodum VVormatiensem.

Vt Presbyteri criminosi ad synodum venientes in medio collocentur.

Lib. V. Capitular. c. 379.

Presbyteros criminosos canonicè ad synodum venientes iubemus juxta decreta Papæ Innocentij capitulo xxxiii. in medio collocari; discussisque objectionibus quæ ipsi Presbyteris impinguntur, si convinci potuerint, à sacerdotali removeantur officio, (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt) atque alieni

efficiantur à ministerio quod vivendo illicitè polluerunt. Et si convinci non poterint, secundum anterius capitulum consultu Leonis Papæ & multorum Episcoporum statutum, cum aliis Presbyteris & fidelibus justisque hominibus satisfaciant Episcopo suo & populo.

ITEM ALIVD CAPITVLVM
 DE PVRGATIONE SACERDOTVM

Datum sub finem anni dccciii. Aquisgrani, ut videtur, quò se consultisse Karolum Imperatorem post habitum Conventum VVormatiensem colligitur ex annalibus Francorum Merensibus.

De purgatione sacerdotum, qualiter VVormatia secunda vice à Domno Karolo & à suis tractata atque sopita est.

Lib. VII. Capitular. c. 281.

Omnibus vobis tam presentibus quam & futuris scire cupimus quia ideo consultu sedis apostolicæ & omnium nostrorum Episcoporum ac reliquorum sacerdotum atque maximè cunctorum fidelium nostrorum de purgatione criminatorum sacerdotum tanta tractavimus, eamque cum testibus, sicut in antea Capitulari nostro continetur, fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eandem causam à beato Gregorio Papa esse definitam. Nam cum Warmatia generale conventum habuissimus, adlata est nobis à Riculfo Mogonciacensi Metropolitano epistola beati Gregorij Papæ, in qua inter cetera continebantur hæc: *De Presbytero verò vel*

quolibet sacerdote à populo accusato, si certi Gregor. II. non fuerint testes qui crimini inlato non ad- epist. 7. c. 3. probent veritatem, iusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentie sue puritate cui nada & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu. Ista verò omnia, quia vires nostras excedunt, in iudicio Episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus; ut hæc, quando orta fuerint, ita definire satagant ut nec secundum seculum justam reprehensionem nec penes Deum, quod absit, damnationem, sed æterna beatitudinis, ipso auxiliante qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.



CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCIII

S I V E

CAPITVLA ADDITA AD LEGEM SALICAM.

Incipiunt capitula que in lege Salica Dominus Augustus Karolus anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCIII. imperij vero sui anno tertio proponendo, addere iussit.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E homicidijs Clericorum.
2. De immunitate, si aliquod damnum ibi factum fuerit.
3. De confugio ad Ecclesiam.
4. De eo qui in iudicio iniuste aliquem contra alium altercantem adjuvare presumpserit.
5. De eo qui de libertate sua interpellatus aliquem de propinquis suis occiderit.
6. De his qui ad causam Dei res suas tradere voluerint.
7. De homine qui per chartam libertatem consecutus est.
8. De libero homine qui se loco vudaj tradidit.
9. De debitis regalibus, qualiter solvi debeant.
10. De eo qui causam iudicatam repetere presumpserit.
11. De eo qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

*De homicidijs Clericorum.*Lib. III.
Capitular.
cap. 25.

I. **Q**ui Subdiaconum occiderit, trecentos solidos componat; qui Diaconum, quadringentos; qui Presbyterum, sexcentos; qui Episcopum, noncentos. Qui monachum, quadringentis solidis culpabilis iudicetur.

De immunitate, si aliquod damnum ibi factum fuerit.

III. 16. II. Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, sexcentos solidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium fecerit, vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, mandet Comes vel Episcopo, vel Abbati, vel Vicodomo, vel quicunque locum Episcopi aut Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si illum contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione quindecim solidis culpabilis iudicetur. Si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, tri-

ginta solidis culpabilis iudicetur. Si nec ad tertiam inquisitionem consentire voluerit, quicquid reus damnum fecerit, totum ille qui eum infra immunitatem retinet, nec reddere vult, solvere cogatur. Et ipse Comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra immunitatem querendi, ubicunque eum invenire poterit. Si autem statim in prima inquisitione Comiti responsum fuerit quod reus infra immunitatem quidem fuisset, sed fuga lapsus sit, statim juret qui locum Episcopi vel Abbatis tenuerit quod ipse eum ad iustitiam cuiuslibet disfacendam fugere non fecisset, & sit ei in hoc satisfactum. Si autem intranti in ipsam immunitatem Comiti collecta manu quislibet resistere tentaverit, Comes ad Regem vel Principem deferat, ibique iudicetur, ut sicut ille qui immunitate damnum fecit, sexcentos solidos componere debuit, ita qui Comiti collecta manu resistere presumpserit, sexcentis solidis culpabilis iudicetur.

De confugio ad Ecclesiam.

I. 334. III. Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, intra ipsius atria Ecclesie pacem habeat, nec sit ei necesse Ecclesiam ingredi; & nullus eum inde per vim abstrahere presumat, sed liceat ei confiteri quod fecit, & inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publicum producatur.

De eo qui in iudicio iniuste aliquem contra alium altercantem adjuvare presumpserit.

III. 27. IV. Si quis hominem in iudicio iniuste contra alium altercantem adjuvare per malum ingenium presumpserit, atque inde coram iudicibus vel Comite increpatus fuerit, & negare non poterit, quindecim solidis culpabilis iudicetur.

De eo qui de libertate sua interpellatus aliquem de propinquis suis occiderit.

App. II. 3. V. Si quis de libertate sua fuerit interpellatus, & timens ne in servitium cadat, aliquem de propinquis suis, per quem se in servitium casurum timens occiderit, id est, patrem aut matrem, amitam, patrualem, avunculum, vel quamlibet huiusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetraverit moriatur, agnatio eius & consanguinitas in servitium cadat. Et si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos iudicio Dei examinandus accedat.

De his qui ad causam Dei res suas tradere voluerint.

I. 335. VI. Qui res suas pro anima sua ad causam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis. Et quae haecenus in hoste factae sunt traditiones, de quibus nulla est quaestio, stabiles permaneant. Si vero aliquis alij res suas tradiderit, & in hostem profectus fuerit, & ille cui res traditae sunt interim mortuus fuerit, qui res tradidit, cum reversus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est, res suas recipiat. Si autem & ipse mortuus fuerit, heredes eius legitimi res traditas recipiant.

De homine qui per chartam libertatem consecutus est.

III. 28. VII. Si quis per chartam ingenuitatis

à domino suo legitime libertatem est consecutus, liber permaneant. Si vero aliquis eum iniuste inservire tentaverit, & ille chartam ingenuitatis suae ostenderit, & adversarium iniuste se inservire velle comprobaverit, ille qui hoc tentavit multam quae in charta descripta est solvere cogatur. Si vero charta non paruerit, sed jam ab illo qui eum inservire voluerit disfacta est, vvidigildum eius componat, duas partes illi quem inservire voluerit, tertiam Regi; & ille iterum per praecipuum Regis libertatem suam conquirat.

De libero homine qui se loco vradij tradidit.

VIII. Liber qui se loco vradij in alterius potestatem commiserit, ibique constitutus damnum aliquod cuiuslibet fecerit, qui eum in locum vradij suscepit, aut damnum solvat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens simul debitum propter quod eum in vradio suscepit. Et qui damnum fecit, dimissus iuxta qualitatem rei cogatur emendare. Si vero liberam feminam habuerit, usque dum in pignus extiterit, & filios habuerint, liberi permaneant.

De debitis regalibus, qualiter solvi debeant.

IX. Omnia debita quae ad partem Regis solvere debent, solidis duodecim denariorum solvant, excepto freda quae in lege Salica descripta sunt. Illa eisdem solidis quibus ceterae compositiones solvi debent componantur.

De eo qui causam iudicatam repetere presumpsit.

X. Si quis causam iudicatam repetere presumpserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim ictus ab Scabineis qui causam prius iudicaverunt accipiat.

De eo qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.

XI. Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur, & cui is contra quem testimoniare debet nullum crimen possit indicere.

EXPLICIT.

In vetustissimo codice MS. bibliothecae Thuanæ ista posita sunt in fronte superiorum capitulorum.

Hæc sunt capitula quae Domnus Karolus Magnus Imperator iussit scribere in Consilio suo, & iussit eas ponere inter alias leges.

In codice verò Sangallensi hæc adduntur post ultimum capitulum.

ISTA XI. CAPITVLA AD OMNIBVS LEGIBVS MITTENDA SVNT.

Inter schedas Iacobi Sirmondi reperi exemplar superiorum capitulorum, quod ille ex veteri codice descripserat, in quo hæc epigraphæ legebatur.

Anno tertio elementissimi Domini nostri Karoli Augusti, sub ipso anno, hæc facta capitula sunt, & consignata Stephano Comiti, ut hæc manifesta faceret in civitate Parisius mallo publico, & illa legere faceret coram Scabineis. quod ita & fecit. Et omnes in uno consenserunt, quòd ipsi voluissent omni tempore observare usque in posterum. Etiam omnes Scabineis, Episcopi, Abbates, Comites, manu propria subter signaverunt.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCIII.

Alia capitula minora de causis admonendis.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|---|
| 1. D E Ecclesiis emendandis. | 16. De non cogendo bibere. |
| 2. De ordinatione Presbyterorum. Et de excommunicatione. | 17. De Missis dominicis vel ceteris hominibus discurrentibus. |
| 3. De Scabineis, Advocatis, Notariis à Missis dominicis eligendis. | 18. De canibus qui in dextro armo tanse sunt. |
| 4. De illis qui legem servare contemnunt. | 19. De capitulis quæ in lege noviter addita sunt. |
| 5. De heribannatoris coniecto. | 20. De illis qui ad placitum banniri debent. |
| 6. De fugitivis ac peregrinis. | 21. De falsis testibus. |
| 7. <i>Ut banga & brunie non dentur negotiatoribus.</i> | 22. De non jurando per vitam Regis. |
| 8. De mensuris, ut æquales sint. | 23. De Saxonibus qui uxores non habent. |
| 9. De vestitura Pippini Regis. | 24. De signatis qui mentiendo vadunt. |
| 10. De colonis & fiscalibus. | 25. <i>Ut Missi adducant breves de opere.</i> |
| 11. De homine in iudicium non mittendo sine causa. | 26. De mora Missorum dominicorum in locis suæ legationis. |
| 12. De conversione liberi hominis. | 27. De prudentia & constantia Missorum. |
| 13. De his quæ vniuersari debent. | 28. De falsis monetariis. |
| 14. De his qui ad placitum Imperatoris non fuerunt. | 29. De generali placito ad Magontiam sive Cabillonem. |
| 15. De causa ebrj hominis, & de ejus re- | |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De Ecclesiis emendandis.

De ordinatione Presbyterorum. Et de excommunicatione.

App. I. 18. **D**E Ecclesiis emendandis, & ubi in uno loco plures fuerint quàm necesse sit, ut destruantur quæ necessariæ non sunt, & aliæ construantur.

II. *Ut Presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut excommunicationes passim & sine causa non fiant.*

De Scabineis, Advocatis, Notariis à Missis dominicis eligendis.

III. Vt Missi nostri Scabinos, Advocatos, Notarios per singula loca eligant, & eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant.

De illis qui legem servare contemnant.

IV. De illis qui legem servare contempserint, ut per fidei iussores ad præsentiam Regis deducantur.

De heribannatoris conjecto.

V. Vt illi qui heribannum solvere debent, conjecto faciant ad heribannatorem.

De fugitivis ac peregrinis.

VI. De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur, ut scire possimus qui sint aut unde venerint.

Vt banga & brunia non dentur negotiatoribus.

VII. Vt banga & brunias non dentur negotiatoribus.

De mensuris, ut æquales sint.

VIII. De mensuris, ut secundum iustionem nostram æquales fiant.

De vestitura Pippini Regis.

IX. Vt non mittantur testimonia super vestitura Domni Pippini Regis.

De colonis & fiscalinis.

X. Vt nec colonus nec fiscalinus possint alicubi traditiones facere.

De homine in iudicium non mittendo sine causa.

XI. Vt nullus præsumat hominem in iudicium mittere nisi iudicatum fiat.

De conversione liberi hominis.

XII. Vt liber homo qui in monasterio regulari comam deposuerit, & res suas ibidem delegaverit, promissionem factam secundum regulam firmiter teneat.

De his que vviadari debent.

XIII. Vt omnia que vviadari debent, juxta quod in lege continetur, pleniter secundum legem ipsam invvadiata fiant. Et in postmodum vel Dominus Rex, vel ille cuius causa est, juxta quod ei placuerit misericordiam faciat.

De his qui ad placitum Imperatoris non fuerunt.

XIV. De Episcopis, Abbatibus, Comitibus qui ad placitum nostrum non fuerunt.

De causa ebrii hominis, & de ejus testimonio. Et de placito Comitum.

XV. Vt nullus ebrius suam causam possit conquirere in mallo, nec testimonium dicere. Neque Comes placitum habeat nisi jejunus.

De non cogendo bibere.

XVI. Vt nemini liceat alium cogere ad bibendum.

De Missis dominicis vel ceteris hominibus discurrentibus.

XVII. De Missis nostris discurrentibus vel ceteris hominibus in utilitatem nostram iter agentibus, ut nullus mansionem contradicere eis præsumat.

De canibus qui in dextro armo tonfi sunt.

XVIII. De canibus qui in dextro armo tonfi sunt, ut homo qui cum habuerit, cum ipso cane in præsentiam Regis veniat.

De capitulis que in lege noviter addita sunt.

XIX. Vt populus interrogetur de capitulis que in lege noviter addita sunt. Et postquam omnes consenserint, subscriptiones & manifestationes suas in ipsis capitulis faciant.

De illis qui ad placitum banniri debent.

XX. Vt nullus ad placitum banniat, nisi qui causam suam querit, aut si alter ei querere debet, exceptis Scabineis septem, qui ad omnia placita præesse debent.

De falsis testibus.

XXI. De falsis testibus, ut non recipiantur.

De non jurando per vitam Regis.

XXII. Vt nullus præsumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare.

De Saxonibus qui uxores non habent.

XXIII. De illis Saxonibus qui uxores non habent.

De signatis qui mentiendo vadant.

XXIV. De signatis qui mentiendo vadunt. *Vide Appendic. 1. cap. 34.*

Vt Missi adducant breves de opere.

XXV. Vt Missi nostri qui jam breves detulerunt de annuntiatione, volumus ut adhuc adducant de opere.

De mora Missorum dominicorum in locis sue legationis.

XXVI. Quantam moram faciant in unoquoque loco, & quot homines secum habeant.

De prudentia & constantia Missorum.

XXVII. De prudentia & constantia Missorum nostrorum.

De falsis monetariis.

XXVIII. De falsis monetariis requirendum est.

De generali placito ad Magontiam sive Cabillonem.

XXIX. Si alie res fortuito non occupaverint, Kalendas Julias, id est, Missa sancti Iohannis Baptistæ, ad Magontiam sive Cabillonem generale placitum nostrum habere volumus.

In codice Vaticano & in Metensi ista leguntur in fine superiorum capitulorum.

*Hoc fuit datum ad Aquis in tertio anno imperij Domni Karoli Augusti,
quando synodus ibi magna fuit.*

In codice Bigotiano & apud Lindenbrogium hæc capitula adduntur post superiora.

T Eloneus aut census non exigatur à quolibet ubi nec aquam navigio aut pontem transeundum non est.

I. I.
Et hoc nobis præcipiendum est, ut quicumque in dono regio caballos detulerint, in unumquemque suum nomen habeant scriptum. Similiter & in vestimenta Abbatissarum.

I. I. I.
Et hoc nobis præcipiendum est, ut ubicunque inveniuntur Vicarij aliquid mali consentientes vel facientes, ipsos eicere & meliores ponere.

I. V.
Ut Comites vel Vicarij eorum legem sciant, ut ante eos injustè quis nemini judicare possit, nec ipsam legem mutare.

In veteri codice MS. bibliothecæ regie descriptum reperitur sequens capitulum statim post ultimum capitulum tertij Capitularis anni DCCCIII.

CAP. DE INGENVITATE CHARTARVM.

311. 438 **S** I quis per chartam ingenuus dimissus fuerit, & à quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, primùm legitimum auctorem suæ libertatis proferat, & in sua libertate perseveret. Si verò legitimus auctor defuerit, testimonio bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimissus fuit, se defendere permittatur. Si verò & testes defuerint, cum duabus alijs chartis, quæ ejusdem Cancellarij manu firmata sint vel subscriptæ, cujuscunque fuerint, suam chartam, quæ tertia est, veram & legitimam esse confirmet.

Si autem qui interpellatus fuerit ad servitium nec auctorem nec testimonia habuerit, neque alias duas chartas ad suam chartam confirmandam invenire potuerit, tunc is qui eum interpellavit secundùm legem ipsam chartam falsam efficiat, & servum conquirat. Si verò interpellator aut auctore aut testimoniis aut chartarum conlatione victus fuerit, & hoc quod voluit efficere non potuerit, multam quæ in ipsa ingenuitatis charta continetur cogatur ex solvere.

CAPITVLARE QVARTVM

ANNI DCCCIII.

S I V E

DE LEGE RIPVARENSE.

CAP. I.

I. **S** ingenuus ingenuum icu percussit, quindècim solidis culpabilis judicetur.

I. I.
X. Homo regius, id est, fiscalinus & ecclesiasticus vel lidus interfectus centum solidis componatur.

I. I. I.

XXII. Homo ingenuus qui multam quamlibet solvere non potuerit, & fidejussores non habuerit, liceat ei semetipsum in vadium ei cui debitor est mittere usque dum multam quam debuit persolvat. *Item in eodem capitulo, de sonisse.* aut sexcentos solidos componat, aut cum duodecim juret. Aut si ille qui causam quarit,

duodecim hominum sacramenta recipere noluerit, aut cruce aut scuto & fuste contra eum deceret.

IV.

III. 44. XX. Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuiuslibet inlatum dimittere; sed juxta qualitatem damni dominus pro illo respondeat, vel eum in compositionem aut ad poenam petitori offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut à domino penitus inveniri non possit, sacramento se dominus ejus excusare studeat quòd hoc suæ voluntatis nec conscientie fuisset quòd servus ejus tale facinus commisit.

V.

Ibid. 45. XXXIII. Si quis ad mallum legibus bannitus fuerit, & non venerit, si eum funis non detinuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Sic ad secundam & tertiam. Si autem ad quartam venire contempserit, possessio ejus in bannum mittatur donec veniat & de re qua interpellatus fuerit justitiam faciat. Si infra annum non venerit, de rebus ejus quæ in banno missæ sunt Rex interrogetur, & quicquid inde judicaverit fiat. Prima bannitio super noctes septem, secunda super noctes quatuordecim, tertia super noctes viginti & unam, quarta super noctes quadraginta duas. Similiter & de beneficio hominis, si fortè res proprias non habuerit, mittatur in bannum usque Rex interrogetur.

VI.

Ibid. 46. XXXV. Si auctor venerit, & rem intertiam recipere noluerit, campo vel cruce contendat.

VII.

VI. 212. XLVIII. Qui filios non habuerit, &

alium quemlibet heredem facere sibi voluerit, coram Rege vel Comite & Scabinis vel Missis dominicis, qui tunc ad justitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

VIII.

LXVII. Homo denarius non antea hereditare in suam agnationem poterit usquequo ad tertiam generationem perveniat.

IX.

LXIV. Homo chartularius similiter.

X.

LVII. Omne sacramentum in Ecclesia aut supra reliquias juretur. Et quod in Ecclesia jurandum est, vel cum septem electis, vel si duodecim esse debent, quales potuerit invenire. Si illum Deus adjuvet & sancti quorum istæ reliquie sunt ut veritatem dicant.

XI.

LXXII. Si res intertiam furto ablata fuerit, liceat ei super quem res intertiam fuerit sacramento se excusare de furto quòd nec suæ voluntatis aut conscientie fuisset quòd ablatum est, aut tantum sine damno restituat.

XII.

De homine qui comprehendit servum. Iussit eum occidere dominos suos duos infantes, unum qui habuit novem annos, alium qui habuit undecim. Ad extremum illum servum, postquam dominos suos illos pueros occidit, in foveam quandam projecit. Et judicatum est ut illum qui novem annos habuit vveregildo componat, alium verò, qui undecim annos habuit, dupliciter, servum, quem mordricum, tripliciter, & bannum nostrum ad omnia.



CAPITVLARE QVINTVM ANNI DCCCLIII

*Nunc primùm editum ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino
bibliothecæ Vaticanæ, altero sancti Vincenij Metensis.*

ALIA CAPITVLA ADDENDA SVNT EA QVÆ NVPER
AVDITA ET COMPERTA HABEMVS.

CAP. I.

DE Clericis & laicis qui chrisma ad aliquam nimietatem dant & accipiunt. Si quis Presbyter aut Diaconus dare aut accipere præsumperit, gradum amittat. Ceteri Clerici & nonnanes disciplinam corporalem & carceris custodiam sustineant. Laici qui acceperint, aut alicui dederint, manum perdant.

I.

De negotio super omnia præcipiendum est ut nullus audeat in nocte negotiare in vasa aurea & argentea, mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto vivanda & fodro, quod iter agentibus necessaria sunt; sed in die coram omnibus & coram testibus unusquisque suum negotium exerceat.

II.

Reliqua capitula quæ in anteriore capitulari scripta sunt, tam de venundatione annonæ, & de reliquis iustitiis, & de restauratione Ecclesiarum, & de pace, & de fugitivis, & de singulis quibusque causis, omnia ita observentur.

Hæc desunt capita octo.

XII.

Nemini liceat servum suum propter damnum à se dimittere; sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat quicquid ille fecit usque ad super plenam leudem liberi hominis. Quicquid super hoc fuerit, inregauditio esse videtur.

XIII.

Si inventus fuerit quis chartam falsam fecisse aut falsum testimonium dixisse, manum perdat aut redimat.

XIV.

Vt homo liber peccato imminente, quod ablit, patrem aut matrem, avunculum vel nepotem interfecerit, hereditatem propriam amittat. Et si quis mœchatus fuerit matrem, sororem, amitam, aut neptam, similiter hereditatem perdat.

XV.

Vt homines fiscalini sive coloni aut servi in alienum dominium commorantes, à priore domino requisiti, non aliter eisdem concedantur nisi ad priorem locum, ubi prius visus fuit mansisse, illuc revertatur, & ibi diligenter inquiretur de statu ipsius cum cognatione ejus. Hoc à nobis præceptum est omnibus cognitum facere.

XVI.

Vt infra regna Christo propitio nostra omnibus iterantibus nullus hospitium denegat, mansionem & focum tantum. Similiter pastum nullus contendere faciat, excepto prato & messe.

XVII.

Vt liberi homines nullum obsequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in prato, neque in messe, neque in aratura aut vinea, & conjectum ullum vel residuum eis resolvant; excepto servitio quod ad Regem pertinet, & ad heribannatores, vel his qui legationem ducunt.

XVIII.

Vt ubicunque inveniuntur Vicarij aliquid mali consentientes vel facientes, ipsos eicere & meliores ponere jubemus.

XIX.

Vt Comites & Vicarij eorum legem sciant, ut ante eos injuste neminem quis judicare possit, vel ipsam legem mutare.

XX.

Vt quicunque in dona regia caballos præsentaverit,

praesentaverit, in unumquemque suum nomen scriptum habeat.

XXI.

Vt qui oratorium consecratum habet, vel habere voluerit, per consilium Episcopi de suis propriis rebus ibidem largiatur, ut propterea illi vici canonici non sint neglecti.

XXII.

Vt nullus homo praesumat teloneum in ullo loco accipere, nisi ubi antiquitus pontes constructi sunt, & ubi navigia praecurrunt, & antiqua videtur esse consuetudo. Similiter nec rodaticum neque pulveraticum ullus accipere praesumat. Quia qui hoc facere tentaverit, bannum dominicum omnimodis componere debet.

CAPITVLARE SEXTVM ANNI DCCCIII.

S I V E

CAPITVLA DATA AD INTERROGATIONEM CVIVSDAM COMITIS AVT MISSI DOMINICI.

Nunc primum edita ex duoduo antiquis codicibus MSS. uno Palatino bibliotheca Vaticana, altero sancti Vincentij Metensis.

CAP. I.

Continebatur namque in primo capitulo, utrum ubi colonam servus cujuslibet uxorem acceperit, infantes illorum pertinere deberent ad illam colonam, an ad illum. Considera enim si proprius servus tuus alterius propriam ancillam sibi sociaverit, aut alterius servus propriam propriam ancillam ad uxorem acceperit, ad quem ex vobis eorum procreatio pertinere debeat, & taliter de istis fac, quia non est amplius nisi liber & servus.

I I.

De secundo unde me interrogasti, si Comes de notitia solidum unum accipere deberet, & Scabinij sive Cancellarius, lege Romanam legem, & sicut ibi inveneris, exinde facias. Si autem ad Salicam pertinet legem, & ibi minimè repereris quid exinde facere debeas, ad placitum nostrum generale exinde interrogare facias.

I I I.

Continebatur quippe in tertio capitulo de his qui per falsos testes libertatem consequuntur, quid ex his facere deberes interrogasti. Nos verò ubique vobis praecipimus ut nequaquam cum falso testimonio ullus se liberare potuisset de servitio. Et si secundum legis ordinem se liberare potue-

Tom. I.

rit, liber permaneat. Si verò cum falsis testibus, nequaquam illi consentias.

I V.

In quarto namque capitulo declarabat de his qui prima nec secunda nec tertia vice maniti ad vestram praesentiam venire nolunt. Similiter de ipsis praecipimus quid ex his facere deberet.

V.

In quinto autem capitulo referebatur de Episcopis, Abbatibus, vel ceteris nostris hominibus, qui ad placitum vestrum venire contempserint. Illos verò per bannum nostrum ad placitum vestrum bannire faciatis. Et qui tunc venire contempserint, eorum nomina adnotata ad placitum nostrum generale nobis repraesentes.

V I.

In sexto autem capitulo scriptum erat de pontibus antiquis constitutis, vel de illicitis teloneis. Vnde praecipimus ut ubicunque antiqua consuetudo fuit teloneum accipiendi, teloneum legitimum accipiant. Nam & hoc antea vobis ore proprio injunximus, & nequaquam intellexistis.

V I I.

In septimo autem capitulo, ubi referebatur qualiter post querelas dominorum servi eorum chartas ostendant, & ipsi servi à Scabineis sententia accepta eas veras

Cc

esse comprobare debeant. Nequaquam hoc volumus quòd servus suam chartam propriam probare debeat. Sed dominus qui ipsum servum quaerit, ipse, si poterit, ipsam chartam falsam deprehendat.

VIII.

In octavo capitulo referebatur de servis qui francas feminas accipiunt, & postea illorum domini eis chartas faciunt eo tenore ut si aliqua procreatio filiorum aut filiarum ex ipsis orta fuerit, liberi permaneant. Et nesciunt, sicut scripsisti, utrum

habere debeant an non. Deinde volumus ut si ille homo servo aut ancillae chartam in sua praesentia fecerit, & ille vel illa qui chartam libertatis habere debet praesentes fuerint, ipsa charta stabilis permaneat. Sed qui post discessum domini sui ortus fuerit, in servitio permaneat. Et ille chartae quae à quibusdam dominis his factae fuerint qui necdum nati esse noscuntur, sed post eorum discessum nati fuerint, nullum obtineant effectum, nec per easdem chartas liberi esse valeant.

CAPITVLARE SEPTIMVM ANNI DCCCIII.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

CAP. I.

VII.

IN primis de banno Domni Imperatoris & Regis, quem per semetipsum conuictus est bannire, id est, de mundoburgio Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, & de minus potentum personarum, atque & de exercitali placito instituto, ut hi qui ista irruperint bannum dominicum omnimodis componant.

II.

De decimis & nonis atque iustitia Ecclesiarum Dei, ut studeatis dare & facere sicut lex est.

III.

Qui beneficium Domni Imperatoris & Ecclesiarum Dei habet, nihil exinde ducat in suam hereditatem, ut ipsum beneficium destruat.

IV.

Nullus homo alterius Clericum aut hominem recipiat in sua potestate.

V.

Vt nullus latronem habeat in sua potestate, nec celet.

VI.

Vt nullus se praesumat perjurare aut falsum testimonium dicere.

Vt nullus contra rectum iudicium audeat iudicare quicquam.

VIII.

Vt nullus praesumat nocere eum qui rectum Imperatoris dixerit.

IX.

Vt nullus praesumat alium sine lege opprimere vel aliquid mali agere.

X.

Nullus homo praesumat aliter vendere aut emere vel mensurare nisi sicut Dominus Imperator mandatum habet.

XI.

Vt diem dominicum cum omni diligentia custodiat, sicut lex est, vel sicut Dominus Imperator mandatum habet.

XII.

Nullus fidelitatem quam promissam habet Domino Imperatori infrangat, aut qui infractam habet, non consentiat ei.

XIII.

Necnon etiam de istis causis paganis quod aliqui observant, ut nullus faciat, nec consentiat facienti.



CAPITVLARE OCTAVVM
ANNI DCCCIII

S I V E

Capitula de immunitate Episcoporum ac reliquorum sacerdotum ab expeditionibus bellicis, data VVormatiæ in generali populi conventu sub finem, ut videtur, anni DCCCIII.

De generali totius populi supplicatione apud Principem pro Sacerdotum causa, ne in hostem aut pugnam pergerent, & quale eis omnibus ex hoc imminet periculum. Ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris VVormatiæ generaliter decretis atque ab omnibus firmatis & cunctis pro lege tenendis contraditis.

PETITIO POPVLI AD IMPERATOREM.

VI. 170. **F**lexis omnes precamur poplitibus majestatem vestram ut Episcopi deinceps, sicut hæctenus, non vexentur hostibus. Sed quando vos nõsque in hostem pergimus, ipsi propriis resideant in parochiis, Deoque fideliter famulari studeant, & eorum sacrosancta ministeria canonicè & Deo placitè peragere satagant, atque pro vobis & cuncto exercitu vestro unà cum omnibus sibi commissis orare viriliter, Missasque cantare, & letanias atque elemosynas facere decerent. Quosdam enim ex eis in hostibus & præliis vulneratos vidimus, & quosdam perisse cognovimus. Hæc verò valde periculosa & oppidò sunt cavenda. Quæ idcirco suggerimus, ne pro talibus vos & nos simul pereamus. Novit Dominus, quando eos in talibus videmus, terror adprehendit nos, & quidam ex nostris timore perterriti propter hoc fugere & inimicis terga vertere solent. Plures enim potestis habere præliatores, si illi propriis resident in parochiis, quàm si vobiscum pergunt. Quoniam illi qui eos prævident, omnes tunc pugnabunt, quod modò nequaquam faciunt, sed eos tantummodo custodiunt. Nam sine dubio potius vobis nobisque proficere possunt si remanserint quàm si in hostem vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorum precibus adjuvamus, & modò eorum prefuris gravamur. Quando verò Moyses expansis ad cælum manibus orabat, vince-

bat Israël, & quando à precibus cessabat, & manus ejus gravabantur, priusquam sustentatæ fierent, & ipse precibus insistere, vincebatur & terga vertebat. Talibus ergo & multis aliis exemplis fulti, quorum prolixitatem vitantes modò non dicimus, quia sapienti semel dicta sufficiunt prædicta, obnixè omnes precamur, & ut concedantur rogamus, quia nullatenus volumus adsentire ut nobiscum ad talia pergant, nisi duo aut tres bene docti, electione videlicet ceterorum, ad benedictionem dandam, & ad periculantium reconciliationem faciendam, ne vos & nos simul cum pluribus pereamus, sed eorum precibus, ut jam memoratum est, fulciamur. Quam formam & de sacerdotibus tenere optamus, id est, ut nec illi in hostem nisi bene docti, & ipsi electione atque permissione propriorum Episcoporum; qui tamen tales sint de quorum scientia & vita ac conversatione omnes securi esse possimus. Illud tamen vobis & omnibus scire cupimus quòd non propterea hæc petimus ut eorum res aut aliquid ex eorum pecuniis, nisi ipsis aliquid sponte nobis dare placuerit, aut eorum Ecclesias viduari cupiamus; sed magis eis, si Dominus possè dederit, augere desideramus, ut & ipsi & vos & nos salviore simus, & Deo potius ipso amminiculante placere mereamur. Scimus enim res Ecclesiæ Deo esse sacratas, scimus eas esse oblationes fidelium &

Tom. I.

Cc. ij

pretia peccatorum. Quapropter si quis eas ab Ecclesiis, quibus à fidelibus collatæ Deoque sacratæ sunt, aufert, proculdubio sacrilegium committit. Cæcus enim est qui ista non videt. Quisquis ergo nostrum suas res Ecclesiæ tradit, Domino Deo illas offert atque dedicat, suisque sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim scripturam de ipsis rebus quas Deo dare desiderat, & ipsam scripturam coram altari aut supra tenet in manu, dicens ejusdem loci sacerdotibus atque custodibus: *Offero Deo atque dedico omnes res que hæc in chartula tenentur insertæ, pro remissione peccatorum meorum ac parentum & filiorum* (aut pro quocunque illas Deo deliberare voluerit) *ad servandum ex his Deo in sacrificiis Missarumque solemnibus, orationibus, luminariis, pauperum ac Clericorum alimoniis, & ceteris divinis cultibus, atque illius Ecclesiæ utilitatibus. Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenus credo, abstulerit, sub pena sacrilegij ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, districthssimas reddat rationes.* Poni etiam in ea alias conjurationes, quas enumerare longum est. Nam qui eas inde postea aufert, quid agit nisi sacrilegium? Si ergo amico quippiam rapere furtum est, Ecclesiæ verò fraudari vel auferri indubitanter sacrilegium est. Vnde & in sacris canonibus spiritu Dei conditis habetur ita: *Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit præter Episcopi conscientiam vel ejus cui hujuscemodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.* Absit enim ut rerum ecclesiasticarum cupiditate vel ablatione sacrilegi aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis unquam devinciamur: quoniam scimus anathematos homines, vel sacrilegos, non solum infames, & à consortio fidelium, priusquam hæc per publicam satisfactionem Ecclesiæ & Episcoporum re-

conciliationem manusque impositionem emendent, alienos esse, sed etiam à regno Dei extorres fieri, si in talibus defecerint, non dubitamus. Vt ergo omnis suspicio à nobis cunctis sacerdotibus & omnibus Christi & sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus auferatur, profitemur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes, easque propriis è manibus eicientes, coram Deo & angelis ejus, ac vobis cunctisque sacerdotibus & populis circumstantibus, nec talia facere, nec facere volentibus consentire, sed magis Deo auxiliante resistere. Et hoc vobis omnibusque fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris notum esse cupimus, quod cum his qui absque voluntate aut consensu vel datione rectoris illius Ecclesiæ, cujus ipsæ res justè esse debentur, & maxime proprii Episcopi, res Ecclesiæ à Regibus petere aut retentare vel auferre aut invadere vel vastare præsumperint, nec in hostem nec ad pugnam ire, nec cibum fumere, nec ad Ecclesiam vel ad palatium aut in itinere pergere, nec etiam nostros homines cum eorum hominibus aut caballos vel reliqua pecora nostra cum eorum pecoribus aut ad pastum ire, aut simul habitare vel manere, nec ullam participationem cum eis, nisi pro emendatione, ante publicam emendationem & Ecclesiæ satisfactionem unquam scienter aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atque flagitiis unquam cum eis nos & nostri, quod absit, pereamus. Scimus enim quia perit justus pro impio. Tales verò à nobis, si nos fideles habere vultis, segregate, & in ergastulum sub publica penitentia redigite, & postulata concedite. Vt ergo hæc omnia à vobis & à nobis sive à successoribus vestris & à nostris futuris temporibus absque ulla dissimulatione conserventur, scriptis ecclesiasticis inferere jubete, & inter vestra capitula interpolare præcipite.

CONCESSIO DOMNI KAROLI IMPERATORIS
ad superscriptam petitionem.

VL 171.

Omnibus notum esse volumus quia non solum ea quæ super Episcoporum & Presbyterorum hostium vexationibus & precibus pro nobis & vobis fieri rogastis concedere optamus, sed quicquid pro sanctæ Dei Ecclesiæ & sacerdotum sive totius populi & vestra utilitate inveneritis concedere paratissimi sumus. Et modo ista, sicut petistis, concedimus. Et

quando, vita comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, sicut petistis, consulto omnium fidelium nostrorum scriptis firmare, nostris nostrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter manenda firmissimè Domino amminiculante cupimus. Modò ea quæ generalia sunt, & omnibus conveniunt ordinibus, statuere ac cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ

Gratian. tit.
9. c. 71.
Gloria Episcopi.
49p.

Lib. VII.
Capitular.
cap. 7.

nostrisque fidelibus ob Dei omnipotentis amorem & recordationem tradere paratissimus, & ad proximum synodalem no-

strum conventum ac generale placitum, ubi plures Episcopi & Comites conveniant, ista, sicut postulastis, firmabimus.

Quae sequuntur capitula, data videntur in synodo cujus mentio fit in postrema parte superioris capituli.

De hoste & pugna atque armis sacerdotibus prohibitis.

VII. 141.

Servantiam, apostolica auctoritate & multorum sanctorum Episcoporum admonitione instructi, sanctorumque canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium nobilium nostrorum, nosmetipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, volumus ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres tantum Episcopi, electione ceterorum, propter benedictionem & praedicationem populique reconciliationem, & cum illis electi sacerdotes, qui bene sciant populis poenitentias dare, Missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratique olei cum sacris precibus unctionem impendere, & hoc maxime praevidere ne sine viatico quis de seculo recedat. Hi vero nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effusores sanguinum vel agitantes ceterorum, sed tantum sanctorum pignora & sacra ministeria ferant, & orationibus pro viribus insistant, ut populus qui pugnare debet, auxiliante Domino victor existat, & non sit sacerdos sicut populus. Reliqui vero qui ad Ecclesias suas remanent, suos homines bene armatos nobiscum, aut cum quibus iusserimus, dirigant, & ipsi pro nobis & cuncto exercitu nostro Missas, letanias, oblationes, elemosynas faciant, orantes Deum caeli ut proficiamus in itinere quo pergimus, victoresque Deo adminiculante existamus. Gentes enim & Reges earum quae sacerdotes secum pugnare permiserunt, nec praevalebant in bello, nec victores extiterunt: quia non erat differentia inter laicos & sacerdotes, quibus pugnare non est licitum. Haec vero Galliarum, Hispaniarum, Langobardorum, nonnullasque alias gentes & Reges earum fecisse cognovimus; quae propter praedictum nefandissimum scelus, nec victores extiterunt, nec patrias retinuerunt. Quam foveam caventes malumus cum paucis & licitis, Domino opem ferente, victores existere quam cum multis & illicitis terga, quod absit, vertere, & cum praedictis gentibus perire.

Qualis enim victoria datur ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria & Christianis dominicum porrigunt corpus pro suarum animarum redemptione, & post Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum praedicare, propriis sacrilegisque manibus necant; praecipue dicente eis Domino: *Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo conditur? Ad nihilum valet altera nisi ut mittatur foras & concalcetur ab hominibus.* Et dum haec ita se habeant, elegimus potius, Domino adminiculante nobisque illis & cunctis eorum Ecclesiis opem ferente, nec quicquam eis pro hoc de honoribus vel Ecclesiarum rebus minuente, ut gradus eorum & sanctorum canonum decreta custodiant, quam illi aut nobis imperantibus aut consentientibus contra haec faciant, aut gradibus careant, aut pereant, & nos simul, quod absit, cum eis & victoria careamus vel pereamus. Quoniam, peccatis exigentibus, timemus, si talia & tam illicita aut imperemus aut agere consentiamus, ut una cum eis pereamus; quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, a quo piaculo rei sunt in conspectu Dei & sanctorum ejus. Si vero ista veraciter ex utraque parte fuerint custodita, credimus quia corruent ante nos omnes paganae gentes, & erimus victores, insuper & bene agentes, Domino auxiliante, vitam possidebimus sempiternam.

Matth. 5.

De his qui pugnaverunt idcirco praecipuum fuisse non ire ad pugnam sacerdotes ut honor eis minueretur.

VII. 142.

Quia instante antiquo hoste audivimus quosdam nos suspectos habere, propterea quod concessimus Episcopis & sacerdotibus ac reliquis Dei servis ut in hostes, nisi duo aut tres a ceteris electi, & sacerdotes similiter perpauci ab eis electi, non irent, sicut in prioribus nostris continetur capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Christianos quam paganos necarent, nec agitantes sanguinum fierent, vel quicquam contra canones facerent, quod honores

Cc iij

facierdotum & res Ecclesiarum auferre vel minuere eis voluiffemus, quod nullatenus facere velle vel facere volentibus consentire omnes scire cupimus. Sed quanto quis eorum amplius suam normam servaverit & Deo seruerit, tanto eum plus honorare & cariorem habere volumus. Et ut hæc certius credantur & per futura tempora conseruentur, præcipimus ut nullus res Ecclesiarum nisi precario possideat, & postquam ipsæ precarie finite fuerint, faciant potestatiue speculatores Ecclesiarum utrum elegerint, aut ut ipsas recipiant, aut posteris eorum sub precario & censu habere permittant. Ita tamen ut ipsi proprias & utiles res eisdem Ecclesiis, de quarum iure esse videntur, legaliter tradant, & sic à rectoribus earundem Ecclesiarum precaria, si renovanda sunt, canonicè renoventur. Novimus ergo multa regna & Reges eorum propterea cecidisse quia Ecclesias spoliaverunt, resque earum vastaverunt, abstulerunt, alienaverunt, vel diruperunt, Episcopisque & sacerdotibus atque, quod magis est, Ecclesiis eorum abstulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterunt, sed terga multi vulnerati & plures interfecit verterunt, regnaque & regiones & quod peius est, regna cælestia perdidērunt, atque propriis hereditatibus caruerunt & hactenus carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere nec consentire nec infantibus aut successoribus nostris exemplum dare volumus, sed quantum valemus & possumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Episcoporum, quorum consilio usi hoc egimus, spiritu nostro spiritui eorum, per Deum & omnium sanctorum merita prohibemus contestamurque ne talia faciant, vel facere volentibus consentiant, sed adjuutores & defensores atque sublimatores Ecclesiarum & cunctorum fervorum Dei pro viribus existant, ne in foveam in quam prædicti Reges & regna ceciderunt cadant, aut in profundum, quod absit, inferni demergantur. Et ut hæc devotius per futura tempora conseruentur, præcipientes jubemus ut nullus tam nostris quam futuris temporibus à nobis vel successoribus nostris ullo unquam tempore, absque consensu & voluntate Episcoporum in quorum parrochiis esse noscuntur, res Ecclesiarum petere aut invadere vel vastare aut quocunque ingenio alienare præsumat. Quod si quis fecerit,

tam nostris quam & successorum nostrorum temporibus penes sacrilegij subiaceat, & à nobis atque successoribus nostris nostrisque iudicibus vel Comitibus sicut sacrilegus & homicida vel fur sacrilegus legaliter puniatur, & ab Episcopis nostris anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura & cunctis Dei Ecclesiarum precibus & oblationibus careat, nec elemosynam suam quisquam recipiat. Quod autem maximum sacrilegium sit res Ecclesiarum auferre, alienare, vastare, vel subripi, maxime omnes scripturæ divinæ testantur. Et beatus Symmachus Papa synodali sententia cunctos feriendo dicit: *Iniquum est, inquit, & sacrilegij instar ut que vel pro salute vel pro requie animarum suarum uniusquisque venerabili Ecclesie pauperum causa consulit, aut certe reliquerit, ab his quibus maxime servari convenerat auferri aut in aliud transferri.* Et multa sanctorum canonum decreta & sanctorum patrum edicta hæc eadem testantur, quæ scrutari & scire cupientibus perfacile patent.

De sceleribus nefandis ob quæ regna percussa sunt, ut penitus caveantur.

Prohibemus omnino sub pena sacrilegij generaliter omnibus cunctarum Ecclesiarum rerum invasions, vastationes, alienationes, sacerdotumque & reliquorum fervorum Dei oppressiones, vexationes, atque cunctorum generum injurias, necnon & cunctis utriusque sexus hominibus, adulteria, fornicationes, sodomiticæque luxurias, atque incesta vel cuncta illicita conjugia, homicidia injusta, perjuriam, falsa testimonia, & omnia illicita, pro quibus non solum regna vel Reges sed etiam homines in eis commanentes perire cognovimus. Sed quia, Deo auxiliante, per merita & intercessionem sanctorum fervorumque Dei, quos sublimare & honorare curavimus atque curamus, hactenus nos & successores nostri regna & regiones adquisivimus, & victorias multas habuimus, deinceps summo opere omnibus nobis providendum est ne pro prædictis illicitis & spurcissimis luxuriis, his, quod absit, careamus. Nam multæ regiones, quæ rerum Ecclesiarum invasions, vastationes, alienationes, vexationesque, & sacerdotum reliquorumque fervorum Dei oppressiones vel quascunque injurias, quæ jam dicta illicita, & adulteria, vel sodomiticam luxuriam, vel commixtionem meretricum scelerata fuerunt, nec in bello seculari fortes nec in fide stabiles persisterunt.

VII. 141

Et qualiter Dominus talium criminum patroribus ultices poenas per Sarracenos & alios populos venire & servire permittit, cunctis earum gesta legentibus liquet. Et nisi nos ab his caveamus, similia nobis supervenire non dubitamus, quia vindex est Deus de his omnibus. Quapropter sciat unusquisque nobis subiectus quia qui in

uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores, si habet, omnes perdere & in carcerem se usque ad justam emendationem atque per publicam poenitentiam satisfactionem retrudi & ab omni fidelium confortio fieri alienum. Valde enim cavenda est illa fovea in quam alios cecidisse cognovimus.

Epistola increpatoria ad monachos sancti Martini Turonensis, jubens uti Clericum Theodulphi Episcopi Aurelianensis, qui ad illos post publicum Episcopi sui iudicium confugerat ut se poenae subtraheret, ei reddant.

Nunc primum edita ex veteri codice MS. bibliotheca Colberinae.

EPISTOLA DOMNI KAROLI IMPERATORIS AD ALBINVM
MAGISTRVM ET AD CONGREGATIONEM SANCTI
MARTINI MONASTERII MISSA.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. KAROLVS. & reliqua. Albino venerabili magistro & omni congregationi monasterij sancti Martini. Pridie quam ad nostram praesentiam a vobis missa venisset epistola, adlatæ sunt nobis litteræ a Theodulfo Episcopo missæ querimonias continentes de inhonoratione hominum suorum, & non tam illorum quam Episcopi hujus civitatis vel contemptu iussionis imperij nostri, quam iussionem de redditione cujusdam Clerici de custodia ipsius elapsi & in basilica sancti Martini latitantis sub nostri nominis auctoritate conscribere iussimus; cujus etiam nobis exemplaria misistis, in quibus nos nequaquam injuste aliquid decrevisse, ut vobis visum fuit, putamus. Sed cum utraque epistolas, vestram scilicet ac Teodulfi, nobis relegere fecissemus, asperior multo nobis & cum iracundia composita vestra quam Teodulfi videbatur epistola & in nullo erga illum caritatis condimento resperfa, sed potius quasi reum defendens & Episcopum accusans, & sub velamine quodam celati nominis continens vel posset vel admitti ad accusationem deberet; cum hoc omnino & divina & humana lege sancitum sit, nulli criminoso alterum accusandi dari licentiam, quamquam a vobis ad hoc defensus & conservatus sit sub obtentu iussionis nominis nostri; ut qui jam accusatus & in conspectu populi civitatis sue

judicatus est accusandi locum habere Cæsarei nominis appellatione deberet ad exemplum beati Pauli Apostoli, qui apud principes Judæa a gente sua accusatus, sed nondum iudicatus, Cæsarem appellavit, & ab eisdem principibus ad Cæsarem iudicandus missus est. Quod nequaquam praesenti negotio convenit. Paulus enim Apostolus a Judæis accusatus, sed non iudicatus, Cæsarem appellavit & adire permittus est. Hic vero infamis Clericus & accusatus, & iudicatus, & in custodia missus, & de custodia elapsus, basilicam, quam nisi post poenitentiam ingredi non debuerat, contra legem ingressus, & adhuc, ut fertur, perversè vivere non cessans, ut dicitis, sicut Paulus Apostolus Cæsarem appellavit, sed nequaquam ut Paulus Cæsarem aditurus est. Illi enim apud quem accusatus, & a quo iudicatus atque in custodia missus est, & de cuius custodia evasit, præcipimus ut reddatur, & ille cum ad nostram audientiam sive vera sive falsa dicentem adducat: quia non decet ut propter talem hominem nostræ primæ iussionis ulla fiat immutatio. Sed & valde miramur quor vobis solis visum sit nostræ auctoritatis sanctioni & decreto contraeundum, cum liquidò pateat & ex consuetudine veteri & ex constitutione legum alterum decreta recta esse debere, ne cuiquam permittum illorum edicta vel statuta contemnere. Et in hoc satis mirare

nequivimus quòd illius scelerati hominis precibus quam nostræ auctoritatis iussionibus obtemperare maluistis, cum nunc clarissimè liqueat cum eodem homine amorem discordiæ & inruptione caritatis de hoc loco vetuit egredi. Ipsi quippe nos, qui congregatio hujus monasterij ac ferveri Dei, & utinam verè, dicimini, qualiter jam crebrò vita vestra à multis diffamata est, & non absque re. Aliquando enim monachos, aliquando Canonicos, aliquando neutrum vos esse dicebatis. Et nos consulendo vobis, & ad malam famam abolendam, magistrum & rectorem idoneum vobis elegimus & de longinquis provinciis invitavimus, qui & verbis & admonitionibus rectam vitam instruere, & quia religiosus erat, bonæ conversationis exemplo potuisset informare. Sed pro dolor

aliorum cuncta conversa sunt, & diabolus vos quasi ministros suos ad seminandam discordiam inter quos minime debebat invenit, scilicet inter sapientes & doctores Ecclesiæ; & qui peccantes corrigere & castigare debuerunt, cogitis ad peccatum invidiæ atque iracundiæ prorumpere. Sed illi, Deo miserante, nequam adfensum vestris malis suggestionibus præbituri sunt. Vos autem, qui contemptores nostræ iussionis extitistis, sive Canonici sive monachi vocamini, ad placitum nostrum, juxta quod præfens Missus noster vobis indixerit, nobis vos adfistere scitote. Et quamvis ad nos missa hic facta seditionis vos excuset epistola, venite, & condigna satisfactione inultum crimen eluite.

CAPITVLARE AD SALZ

Datum anno Christi DCCCIV.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E ordinatione Ecclesiarum.
2. De decimis & donationibus Ecclesiarum.
3. *Vt propter novas Ecclesias antiquiores suas decimas non perdant.*
4. De ordinandis Presbyteris.
5. De ingressu in monasteria puellarum.
6. *Vt in monasteriis puellarum ea solam infantes nutriantur que in eo loco perseveranturæ sunt.*
7. *Vt masculi in monasteriis puellarum non nutriantur.*
8. *Vt arma in monasteriis puellarum non deponantur.*

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De ordinatione Ecclesiarum.

I. **V**T Ecclesiæ Dei bene constructæ & restauratæ fiant, & Episcopi unusquisque infra suam parochiam exinde bonam habeat providentiam, tam de officio & luminariis, quamque & de reliqua instauratione.

De decimis & donationibus Ecclesiarum.

Regino lib.
1. c. 72.

II. De decimis ubi antiquitus fuerunt Ecclesiæ baptismales, & devotio facta fuit, juxta quod Episcopus ipsius parochiæ ordinaverit omnimodis fiant donatæ. Et si per donationes Regum aut ceterorum Deum timentium bonorum hominum ad episcopata seu monasteria aliquæ res delegatæ sunt, & ex ipsis rebus antiquitus ad ipsas Ecclesias priores decimæ

datæ fuerint, ipsa antiqua donatio vel devotio firma & stabilis omnino permaneat. Tamen, ut supra diximus, decimas de ipsis rebus qui eas possidere videtur persolvat.

Vt propter novas Ecclesias antiquiores suas decimas non perdant.

III. Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare, una cum consensu & voluntate Episcopi, in cujus parochia fuerit, licentiam habeat. Veruntamen omnino providendum est ut aliæ Ecclesiæ antiquiores propter hanc occasionem nullatenus suam justitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvantur.

De ordinandis Presbyteris.

IV. Vt unusquisque Episcopus in sua parochia

Regino lib.
1. c. 56.
Barthold.
lib. 1. c. 7.
Ivo par. 1.
cap. 9.
Gratia 16.
c. 1. c. 44.
Quicun-
que.

parrochia secundum canonicam institutionem Presbyteros ordinari faciat.

De ingressu in monasteria puellarum.

V. Ut nullus in monasteria puellarum vel ancillarum Dei intrare presumat, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus, vel Clericus, aut laicus, nisi tantum Presbyter ad Missam celebrandam tempore opportuno ingrediatur, salva necessitate monasterij secundum canonicam institutionem, & juxta quod Episcopus ipsius parrochiae ibidem ordinaverit. Presbyter autem Missa celebrata statim exeat. *Ut in monasterijs puellarum esse solum infantes nutriantur quae in eo loco perseverantur sunt.*

VI. Quicumque filiam suam aut nepotam aut parentem Deo omnipotenti offerre voluerit, licentiam habeat. Sin autem, domi infantes suos nutriat, & non

aliam infra monasteria mittere nutriendi causa presumat nisi quae in ipso loco firmiter in Dei servitio perseverare voluerit, vel secundum instituta sanctorum patrum seu canonicam auctoritatem.

Ut masculi in monasterijs puellarum non nutriantur.

VII. Omnino prohibemus ut nullus masculum filium aut nepotem vel parentem suum in monasterio puellarum ad nutriendum commendare presumat, nec quisquam ullum suscipere audeat.

Ut arma in monasterijs puellarum non deponantur.

VIII. Ut nullus ex clericali ordine, sacerdotes videlicet, aut alij Clerici, neque laicus, bruceas aut arma infra monasteria puellarum commendare presumant, nec quisquam recipere audeat, excepto si in elemosyna datum fuerit.

CAPITVLA DATA PRESBYTERIS.

Admonere vos cupio, fratres & filii mei, ut ista pauca capitula, quae hinc scripta sunt, intentius audiatis.

I. In primis, ut sacerdos Dei de divina scriptura doctus sit, & fidem Trinitatis recte credat, & alios doceat, & suum officium bene possit implere.

II. Ut totum psalterium memoriter teneat.

III. Ut signaculum & baptisterium memoriter teneat.

IV. Ut de canonibus doctus sit, & suum poenitentiale bene sciat.

V. Ut cantum & compotum sciat.

VI. Ut nullus sacerdos feminas secum habitare permittat, excepto matre, forore, vel amita.

VII. Ut Presbyteri in tabernis bibere non presumant.

VIII. Ut nullus avaritiam sectetur; non sit superbus, non ebriosus, non vinolentus, nec somnolentus.

IX. Ut nullus presumat in cena Domini jejunium solvere.

X. Ut nullus baptizare presumat nisi in Pascha & Pentecosten, excepto infirmo.

XI. Ut nullus Presbyter nec Diaconus nec Clericus chrisma alicui dare presumat pro aliqua necessitate. Qui si hoc fecerit, degradetur.

XII. Ut nullus Presbyter ad synodum contemnat venire. Quod si aliter facere presumpserit, coactus veniat, & secundum canones judicetur.


PRÆCEPTVM DE SCHOLIS GRÆCIS ET LATINIS instituendis in Ecclesia Osnabrugensi, datum anno DCCCIV.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. Karolus Imperator augustus, Romanum gubernans imperium, qui & Rex Francorum & Langobardorum, necnon modò dominator & Saxonum. Notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus nostrisque presentibus scilicet & futuris qualiter nos ob nostrae mercedis augmentum VVihoni Osnabrugensi Episcopo suaeque Ecclesiae, quam nos primam omnium in Saxonia in honore sancti Petri principis Apostolorum & sanctorum martyrum Crispini & Crispiniani construximus, quoddam nemus vel fore-

Tom. I.

Dd

stum infra hæc loca situm, Farnevinkil, Rutanstein, Angeri, Osning, Sinedi, Bergashovid, Drevensmeri, Etanarfeld, Dumeri, collaudatione illius regionis potentum cum omni integritate, in porcis videlicet silvaticis, atque cervis, avibus, & piscibus, omnique venatione quæ sub banno usuali ad forestum deputatur ad similitudinem foresti nostri Aquisgranum pertinentis in silva Osningi in perpetuum proprietatis usum donavimus, ea videlicet ratione quod si quisquam hoc idem nemus nostro banno munitum sine prædictæ sedis Episcopi licentia studio venandi vel silvam extirpandi vel aliquod hujusmodi negotium peragendi unquam intrare præsumperit, sciat se tam divinæ quàm & regie ultionis vindictam incursum, necnon pro delicto sexaginta solidos nostri ponderis, quos nobis pro banno violato deberi statuimus, redditurum. Insuper verò eidem Episcopo suisque successoribus perpetuum concedimus libertatem & ab omni regali servitio confirmamus absolutionem. Nisi fortè contingat ut Imperator Romanorum vel Rex Græcorum conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant, tunc Ecclesiæ illius Episcopus, omni sumptu à Rege vel Imperatore adhibito, laborem simul & honorem illius legationis assumat. Et hoc ea de causa statuimus, quia in eodem loco Græcas & Latinas scholas in perpetuum manere ordinavimus, & nunquam Clericos utriusque linguæ gnaros ibidem deesse in Dei misericordia confidimus. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, ac diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria subter eam roborare decrevimus, & de anulo nostro segillare iussimus.

Signum  Karoli piissimi Imperatoris.

Amalbertus ad vicem Ercanbaldi recognovi.



Data x i i i. Kal. Ianuarias anno i v. Christo propitio imperij nostri,
& x x v i i. regni nostri in Francia, atque x x x i. in Italia.
Actum Aquilgrani palatio in Dei nomine feliciter. Amen.



CAPITVLARE PRIMVM

ANNI DCCC V.

S I V E

Capitula xvi. infra Ecclesiam, hoc est, de causis ecclesiasticis, data ad Theodonis villam, quibus sequens inscriptio præfixa est in veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

AD TEOTONEM VILLAM FVIT DATVM IN ANNO
 V. IMPER. ANTE NATALE DOMINI.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|---|
| 1. D E lectionibus. | <i>vitium seculum relinquunt.</i> |
| 2. De cantu. | 9. De relinquentibus seculum. |
| 3. De scribis & notariis. | 10. De laicis noviter conversis. |
| 4. De diversis disciplinis discendis. | 11. De servis propriis vel ancillis. |
| 5. De compoto, & de arte medicinali. | 12. De congregationibus superfluis. |
| 6. De Ecclesiis sine honore manentibus. | 13. De non pulsatis secundum regulam. |
| 7. De iis qui ad monasterium nuper venerunt. | 14. De infantibus puellis, quando velentur. |
| 8. De iis qui ad fugiendum debitum ser- | 15. De prepositis monachorum. |
| | 16. De incestuosis. |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De lectionibus.

App. 1. 1. **I**V T lectiones in Ecclesia distinctè legantur.

De cantu.

Ibid. 1. II. Vt cantus discatur, & secundum ordinem & morem Romanæ Ecclesiæ fiat, & ut cantores de Mettis revertantur.

De scribis & notariis.

Ibid. 3. III. De scribis, ut vitiosè non scribant. Vt unusquisque Episcopus & Abba & singuli Comites suum notarium habeant.

De diversis disciplinis discendis.

Ibid. 4. IV. De ceteris disciplinis Ecclesiæ, ut secundum canones vel regulam fiant.

De compoto, & de arte medicinali.

Ibid. 5. 6. V. De compoto, ut veraciter discant omnes. De medicinali arte, ut infantes hanc discere mittantur.

De Ecclesiis sine honore manentibus.

Ibid. 7. VI. De Ecclesiis sine honore manentibus absque officiis & luminariis, & de his qui decimas quidem adsumunt, & de Ecclesiis non curant, ut omnimodis emen-

Tom. I.

detur. Et de altaribus, ut non superflua sint in Ecclesiis.

De iis qui ad monasterium nuper venerunt.

VII. De nuper venientibus ad monasterium, ut primò discant regulam antequam foras mittantur ad ministeria, & quòd non vadant ad iudicia secularia.

De iis qui ad fugiendum debitum servitium seculum relinquunt.

VIII. De iis qui seculum relinquunt, propter servitium dominicum impediendum, & tunc neutrum faciunt, ut unum è duobus eligant, aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem constitutionem vivere debeant, aut servitium dominicum faciant.

De relinquentibus seculum.

IX. Vt omnes Clerici unum de duobus eligant, aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem institutionem vivere debeant.

De laicis noviter conversis.

X. De laicis noviter conversis, ne antequam suam legem pleniter vivendo

D d ij

discant, ad alia negotia mittantur.

De servis propriis vel ancillis.

- l. 106. XI. De propriis servis vel ancillis, ut non supra modum in monasteria sumantur, ne desertentur villa.

De congregationibus superfluis.

- l. 107. XII. De congregationibus superfluis, ut nullatenus fiant, sed tantos congreget quis quantis consilium dare possit.

De non pulsatis secundum regulam.

- l. 108. XIII. De illis qui non fiunt secundum regulam pulsati, ut deinceps emendentur & pulsentur secundum regulam.

De infantulis puellis, quando velentur.

- XIV. Ut infantulae aetatis puellulae non velentur antequam illae eligere sciant quid velint, & ut pulsentur salva canonica sententia & auctoritate.

De praepositis monachorum.

- XV. Ut laici non sint praepositi monachorum infra monasteria, nec Archidiaconi sint laici.

De incestuosis.

- XVI. De incestuosis, ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam alij relaxentur, alij constringantur.

CAPITVLARE SECVNDVM

ANNI DCCC V.

AD OMNES GENERALITER.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|---|
| 1. D E pace servanda. | 14. De fugitivis Clericis sive laicis. |
| 2. De justitiis generalibus. | 15. De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus. |
| 3. De justitiis regalibus. | 16. De oppressione pauperum. |
| 4. De fame, clade, & pestilentia, si evenit. | 17. De Ecclesiis seu sanctis noviter inventis. |
| 5. De armis non portandis. | 18. De falsis monetis. |
| 6. De armatura in hoste habenda. | 19. De heribanno. |
| 7. De negotiatoribus, quousque procedant. | 20. De censu regali. |
| 8. De clamatoribus vel causidicis. | 21. De latronibus. |
| 9. De juramento. | 22. De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus. |
| 10. De conspirationibus. | 23. Ut decime dividantur in quatuor partes. |
| 11. De perjuriis. | 24. De tuitione viduarum, pupillorum, orphanorum, & infirmorum. |
| 12. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis. | 25. De incantatoribus & tempestariis. |
| 13. De teloneis. | |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De pace servanda.

- III. l. I. **D**E pace, ut omnes qui per aliqua scelera ei rebelles sunt constringantur.

De justitiis generalibus.

- Ibid. l. II. De justitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum, ut in publicis judiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur.

De justitiis regalibus.

- Ibid. l. III. De justitiis regalibus, ut pleniter fiant inquisitae.

De fame, clade, & pestilentia, si evenit.

- IV. De hoc si evenit fames, clades, aut inaequalitas aëris, ut non expectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur Dei misericordia. Et in praesenti anno de famis inopia, ut suis quisque adjuvet prout potest, & suam annonam non nimis carè vendat. Et ne foris imperium nostrum vendatur aliquid alimoniae.

De armis non portandis.

- V. De armis infra patriam non portandis, id est, scutis & lanceis & loriceis. Si fidosus quis sit, discutatur tunc quis è duo-

bus contrarius sit ut pacati sint; & distringantur ad pacem, etiam si noluerint. Et si aliter pacificari nolunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & insuper bannum dominicum solvat.

De armatura in hoste habenda.

Ibid. 5. VI. De armatura in exercitu, sicut antea in alio Capitulari mandavimus, ita servetur. Et insuper omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat. Qui vero bruniam habens, eam secum non tulerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De negotiatoribus, quousque procedant.

Ibid. 6. VII. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est, partibus Saxoniae usque ad Bardenuvich, ubi praevideat Hredi; & ad Schesla, ubi praevideat Madaloz. Ad Magadoburg praevideat Harto. Ad Erpifurt praevideat Madalgaudus. Ad Forachheim, ad Breemberg, & ad Ragenifburg Audulfus, & ad Lauriacum Warnarius. Et ut arma & brunias non ducant ad vendendum. Quod si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatij, alia vero medietas inter iudictos Missos & inventorem dividatur.

De clamatoribus vel causidicis.

Ibid. 7. VIII. De clamatoribus vel causidicis qui nec iudicium Scabinorum adquefcerent nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est, ut in custodia reclaudantur donec unum de duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re reclamaverint, & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; sed cum custodia & cum ipsis litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, & ibi discutiantur sicut dignum est.

De iuramento.

Ibid. 8. IX. De iuramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis & unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem & sui senioris, excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur. Et infantes qui antea non potuerunt propter juvenilem aetatem jurare, modo fidelitatem reponant.

De conspirationibus.

Ibid. 9. X. De conspirationibus vero quicumque facere praesumpserint, & sacramento quacumque conspirationem firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. Primo,

ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adjutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur, & nares sibi invicem praecidant. Vbi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur, & capillos sibi vicissim detondeant. Si vero aliqua conspiratio per dexteram firmata fuerit, si liberi sunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non fecisse, aut si facere non potuerint, suam legem componant; si vero servi sunt, flagellentur. Et ut de cetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio nec per sacramentum nec sine sacramento fiat.

De perjuriis.

XI. De perjuriis, ut caveantur, & non admittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem, & singulariter inquirantur. Et non solum accusatori liceat testes eligere, absente suo causatore. Et omnino nullus nisi jejunos ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. Et ille qui ad testimonium adducitur si refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit perjuri, perdat manum, aut redimat.

De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis.

XII. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur quales & sciant & velint iuste causas discernere & terminare. Et si Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

De teloneis.

XIII. De teloneis placet nobis ut antiqua & iusta telonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quamque & de navigiis seu mercatis. Nova vero sive injusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus sub pontibus transitur, seu his familia, in quibus nullum adiutorium iterantibus praestatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad palatium seu in exercitum ducunt. Si quid vero fuerit unde dubitetur, ad proximum placitum nostrum quod cum ipsis Missis habituri sumus interrogetur.

De fugitivis Clericis sive laicis.

XIV. De fugitivis Clericis sive laicis 1, 11.

vel etiam feminis, sicut jam in alio Capitulari præcepimus, ita servetur.

De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus.

Ibid. 114. XV. De liberis hominibus qui ad servitium Dei se tradere volunt, ut prius hoc non faciant quam à nobis licentiam postulent. Hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis quam exercitu seu alia functione regali fugiendo, quosdam verò cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumventos audivimus. Et hoc ideo fieri prohibemus.

De oppressione pauperum.

Ibid. 117. XVI. De oppressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo hæc & supra & hic de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes contra justitiam fiant exhereditati, & regale obsequium minuat, & ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut sæpius non fiant manniti ad placitum, nisi sicut in alio Capitulari præcepimus, ita servetur.

De Ecclesiis seu sanctis noviter inventis.

App. 110. XVII. De Ecclesiis seu sanctis noviter sine auctoritate inventis, nisi Episcopo probante minimè venerentur. Salva etiam & de hoc & de omnibus Ecclesiis canonica auctoritate.

De falsis monetis.

III. 17. XVIII. De falsis monetis, quia in multis locis contra justitiam & contra edictum nostrum fiant, volumus ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro, nisi fortè à nobis iterum aliter fuerit ordinatum. Illi tamen denarii qui modò monetati sunt, si pensantes & meri sunt, habeantur.

De heribanno.

Ibid. 14. XIX. De heribanno volumus ut Missi nostri hoc anno fideliter exactare debeant absque ullius personæ gratia, blanditia, seu terrore, secundum jussionem nostram; id est, ut de homine habente libras sex in auro, argento, brunéis, æramento, panis integris, caballis, bobus, vaccis, vel alio peculio, & uxores vel infantes non fiant despoliati pro hac re, de eorum vestimentis accipiant legitimum heribannum, id est, libras tres. Qui verò non habuerit amplius in superscripto pretio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit am-

plius nisi duas libras, solidi decem. Si verò libram unam habuerit, solidi quinque, ita ut iterum se valeat præparare ad Dei servitium & ad nostram utilitatem. Et Missi nostri caveant & diligenter inquirent ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram justitiam, alteri tradendo aut commendando.

De censu regali.

XX. Censu regali undecunque legitime exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis, sive de rebus.

De latronibus.

XXI. De latronibus, sicut jam antea in alio Capitulari commendavimus, ita maneat.

De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus.

XXII. De liberis hominibus qui uxores fiscalinas regias, & feminis liberis quæ homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum vel de causa sua querenda nec de testimonio pro hac re abiciantur, sed talis etiam nobis in hac causa honor servetur qualis & antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus servatus esse cognoscitur.

Hæc definit Capitulare istud in antiquis exemplaribus MSS. Sangallensi & Corbionensi. In editione Bavarica Viti Amerbachij adduntur tria sequentia.

Vt decimæ dividantur in quatuor partes.

XXIII. Vt decimæ populi dividantur in quatuor partes; id est, una pars Episcopo, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta Ecclesiæ in fabricis applicetur, sicut in decreto Gelasij Papæ continetur.

De tuitione viduarum, pupillarum, orphanorum, & infirmorum.

XXIV. Vt viduis, & pupillis, orphanis, cæcis, & claudis tuitionem atque adminiculum impertiamus juxta possibilitatem nostram vel vires, sicut in præcepto Domini Regis continetur.

De incantatoribus & tempestariis.

XXV. De incantationibus, auguriis, vel divinationibus, & de his qui tempestates vel alia maleficia faciunt, placuit sancto Concilio ut ubicunque deprehensi fuerint, videat Archipresbyter diocesis illius ut diligentissimè examinatione constringantur si fortè confiteantur malorum quæ gesserunt. Sed tali moderatione fiat eadem districtio ne vitam perdant, sed ut salventur in carcere afflictè usque dum

Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum. Et ut nullatenus per aliqua pramia à Comitibus vel Centenariis absque districta examinatione remittantur.

Et hoc si fecerint, Archipresbyteri, dum hoc cognoverint, nequaquam Episcopis celare audeant, & ab Episcopis, ut dignum est, pro hoc corripiantur.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCV.

S I V E

Altera editio superioris Capitularis, nunc primùm in lucem data ex tribus antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino bibliothecæ Vaticanæ, altero sancti Vincentij Metensis, tertio Navarrico.

AD OMNES GENERALITER.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|---|
| 1. D E pace servanda. | 13. De perjuriis. |
| 2. De justitiis generalibus. | 14. De Advocatis & Iudicibus. |
| 3. <i>Ut viduæ, orphani, & pauperes non despiciantur.</i> | 15. De teloneis. |
| 4. De justitia Domni Imperatoris. | 16. De fugitivis Clericis sive laicis. |
| 5. De fame, clade, & pestilentia, si evenierit. | 17. De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus. |
| 6. De sublevanda necessitate pauperum tempore famis. | 18. De oppressione pauperum. |
| 7. De armis non portandis. | 19. De Ecclesiis seu sanctis noviter inventis. |
| 8. <i>Ut de duodecim mansis brumia habeatur.</i> | 20. De falsis monetis. |
| 9. De negotiatoribus, quousque procedant. | 21. De herbanno. |
| 10. De clamatoribus vel causidicis. | 22. De censu regali. |
| 11. De juramento infantium. | 23. De latronibus. |
| 12. De juramentis. | 24. De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus. |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De pace servanda.

III. i. I. **D**E pace, ut omnes qui per aliqua scelera ei rebelles sunt constringantur.

De justitiis generalibus.

Ibid. 1. II. De justitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum.

Ut viduæ, orphani, & pauperes non despiciantur.

Ibid. III. Ut in publicis justitiis non despiciantur viduæ, orphani, & pauperes clamantes, sed diligenter audiantur primò omnium eorum negotia & causæ.

De justitia Domni Imperatoris.

IV. De justitia Domni Imperatoris, ut pleniter fiat inquisita. Ibid. 5.

De fame, clade, & pestilentia, si evenierit.

V. De hoc quòd si evenierit fames, clades, aut inequalitas aëris, vel alia quæcunque tribulatio, ut non expectetur edictum nostrum, sed statim Dei misericordia deprecetur in loco ubi sit. I. 112.

De sublevanda necessitate pauperum tempore famis.

VI. Et in presenti anno de famis inopia, ut suos quisque adjuvet, & suam annonam non nimis carè vendat. Et ne foris im-

perium nostrum vendatur aliquid alimoniae.

De armis non portandis.

- III. 4. VII. De armis infra patriam non portandis, id est, scutis & lanceis & loriceis. Si fœdofus quis sit, discutatur tunc quis è duobus contrarius sit ut pacati sint; & distringantur ad pacem, etiamsi noluerint. Et si aliter pacificari nolunt, adducantur in nostram præsentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & insuper bannum dominicum solvat.

Vt de duodecim mansis brunia habeatur.

- Ibid. 5. VIII. De armis in exercitu, sicut antea in alio capitulari mandavimus, ita fervetur. Et insuper omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat. Qui verò bruniam habens secum in exercitu non tulerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De negotiatoribus, quousque procedant.

- Ibid. 6. IX. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est, partibus Saxonie usque ad Bardenuihc, ubi prævideat Redi; & ad Schesla, ubi prævideat Madalgoz. Ad Magadoburg prævideat Atto. Ad Erpifurt prævideat Madalgoz. Ad Halagestat ipse Madalgoz. Ad Forcheim, ad Brianperg Odulf. Et ad Reginsiburg Odulf. Ad Loricum Warinarius. Et ut arma & brunias non ducant in illis locis ad vendendum. Quod si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatij, alia verò medietas inter Comitem & inventorem dividatur & inter jamdictum Missum.

De clamatoribus vel causidicis.

- Ibid. 7. X. De clamatoribus & causidicis qui nolunt consentire Scabineis nec blasphemare eorum judicium, ut unum è duobus agant. Et si indiculum portat de curte, non mittatur in carcerem, sed sub custodia cum ipso indiculo mittatur ad curtem.

De juramento infantium.

- Ibid. 8. XI. Vt infantes qui antea non poterunt propter juvenilem ætatem jurare, modo ut jurent jubeantur.

De juramentis.

- Ibid. XII. De juramentis, ut frustra non fiant, & non aliter nisi senioribus ad utilitatem regiam, & unicuique qui suam justitiam querit. Ceterum qui conjurationis causam agunt, principes conjurationis

capite puniantur, ceteri se invicem flagellent & nares præcidant.

De perjuriis.

XIII. De perjuriis, ut caveantur, & Ibid. 10. non admittantur testes ad juramentum antequam discutiantur. Et si aliter discussi non possunt, separentur ab invicem, & singulariter inquireantur. Et meliores ad testimonium eligantur. Et omnino nullus ad testimonium vel ad juramentum nisi jejunus adducatur. Et ille qui ad testimonium adducitur, si refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet qualiter vel quare illum recipere nolit. Et si non potest refutare, recipiat illum, etiamsi nolit. Et de ipso pago, non de altero, eligantur testes, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit perjuri, perdat manum aut redimat.

De Advocatis & Iudicibus.

XIV. De Advocatis & Iudicibus Ibid. 11. Comitum & omnibus publicis auctoribus tales eligantur quales & sciant & velint justè causas terminare. Et ubi mali inventi fuerint, à Missis nostris mittantur meliores. Episcopi & Abbates & Comites pravi veniant ad curtem.

De teloneis.

XV. De teloneis placet nobis ut anti- Ibid. 12. qua & justa telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quamque & de navigiis, seu mercatis. Nona verò five injusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adjutorium iterantibus præstatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad palatium seu in exercitum ducunt. Si quid verò fuerit unde dubitetur, ad primum placitum nostrum quod cum ipsis Missis habituri sumus interrogetur.

De fugitivis Clericis five Laicis.

XVI. De fugitivis Clericis five laicis Ibid. 13. vel etiam feminis, sicut jam in alio capitulari præcepimus, ita fervetur.

De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus.

XVII. De liberis hominibus qui ad Ibid. 14. servitium Dei se tradere volunt, ut prius hoc non faciant quam à nobis licentiam postulent. Hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis quam exercitum seu aliam functionem regalem fugiendo, quosdam verò cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt

cunt circumventos audivimus. Et hoc ideo fieri prohibemus.

De oppressione pauperum.

L. 117. XVIII. De oppressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo hæc & supra & hic de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes contra justitiam fiant exhereditati, & regale obsequium minuatur, & ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut sæpius non fiant banniti, nisi sicut in alio capitulari præcepimus, ita servetur.

De Ecclesiis seu sanctis noviter inventis.

APP. 1. 10. XIX. De Ecclesiis seu sanctis noviter sine auctoritate inventis, nisi Episcopo probante minimè venerentur. Salva etiam & de hoc & de omnibus Ecclesiis canonica auctoritate.

De falsis monetis.

III. 75. XX. De falsis monetis, quia in multis locis contra justitiam & contra edictum nostrum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro, nisi fortè a nobis iterum aliter fuerit ordinatum. Denarij verò qui pensant, & meri sunt, stabiles esse possunt.

De heribanno.

III. 14. XXI. De heribanno volumus ut Missi nostri hoc anno fideliter exactare debeant absque ullius personæ gratia, blanditia, seu terrore, secundum justitiam nostram, id est, ut de hominibus habentes libras sex in auro, argento, brunceis, aramento,

pannis integris, caballis, bovis, vaccis, vel alio peculio, & uxores vel infantes non fiant despoliati pro hac re, de eorum vestimentis accipiat legitimum heribannum, id est, libras tres. Qui verò non habuerit amplius in superscripto pretio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non amplius habuerit nisi duas libras, solidi decem. Qui autem non habuerit amplius quàm unam, solidi quinque, ita ut iterum se valeat preparare ad Dei servitium & ad nostram utilitatem. Et Missi nostri caveant & diligenter perquirant ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram justitiam, alteri tradendo aut commendando.

De censu regali.

XXII. Censu regali undecunque legitime exigebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis, sive de rebus.

De latronibus.

XXIII. De latronibus, sicut jam antea in alio capitulari mandavimus, ita servetur.

De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus.

XXIV. De liberis hominibus qui fiscalinas regias & feminis liberis quæ homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut de herede parentum vel de causa querenda nec de testimonio pro hac re abiciantur. Sed talis etiam nobis in hac causa honor servetur qualis & antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus servatus esse cognoscitur.



CAPITVLARE QVARTVM ANNI DCCC V.

S I V E

Capitula data Iesse Episcopo Ambianensi Miffo dominico.

Nunc primùm edita ex veteri codice MS. bibliotheca Bigoriana.

Excarsum Capituli Domni Imperatoris Karoli, quem Iesse Episcopus ex ordinatione ipsius Augusti secum detulit ad omnibus hominibus notum faciendum.

C A P. I.

DE laicis noviter conversis, ne antè quàm suam legem pleniter vivendo dilcant, ad alia negotia mittantur.

I I.

Vt laici non sint Præpositi monachorum in monasterio, nec Archidiaconi sint laici.

I I I.

De iustitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, ut in publicis iudiciis non dispiciantur audientes, sed diligenter audiantur.

I V.

De iustitiis Domni Imperatoris, ut pleniter fiant inquisita.

V.

De hoc si venerit fames, clades, pestilentia, inæqualitas aëris, vel alia qualifcunque tribulatio, ut non expectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur Dei misericordia. Et in præfenti anno de famis inopia, ut sitos adjuvet prout potest, & suam annonam non nimis carè vendat. Et ne foras imperium vendatur aliquid alimonie.

V I.

De armis infra patria non portandis, id est, scutis, & lanceis, & loriceis. Et si fidosus sit, discutiatur tunc quis è duobus contrarius sit ut pacati sint, & distringantur ad pacem, etiam si noluerint. Et si aliter pacificare nolunt, adducantur in nostram præsentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & insuper bannum dominicæ n.

V I I.

De armatura in exercitu, sicut jam antea in alio capitulare commendavimus ita fervetur. Et insuper omnis homo duodecim mansis bruniam habeat. Qui verò bruniam habens, & eam secum non tulerit, omnem beneficium cum brunia pariter perdat.

V I I I.

De clamatoribus vel caufediciis qui iudicium Scabinorum adquietere nec blasphemare volunt antiqua consuetudo fervetur, id est, ut in custodia recludantur donet unum è duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re postea reclamaverint, & litteris detulerint, nunquam eis credatur; nec tamen in carcere reponatur, sed cum custodia & cum ipsis litteris ad palatium nostrum remittantur, ut ubi discutiantur sicut dignum est.

I X.

De juramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis & unicuique proprio seniore ad nostram utilitatem & huius senioris. Excepto his sacramentis quæ iustè secundum legem alteri ab altero debentur.

X.

De conspirationibus verò, quicunque eas facere præsumperint, & sacramento quacunque conspiratione firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. Primò, ubicunque aliquod malum perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur. Adjuutores verò eorum singuli alteri ab altero flagellentur, & nares sibi invicem præcidant. Vbi verò nihil malum perpetratum est,

similiter inter se flagellantur, & pilos sibi vicissim detendant. Si verò per dexteram aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non fecisse, aut si facere non poterint, suam legem componant. Si verò servi sunt, flagellantur. Et ut de cetero in imperio nostro nulla huiusmodi conspiratio fiat nec per sacramentum nec sine sacramento.

XI.

De perjuriis, ut caveantur, & non amittantur testes ad juramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possint, separentur ab invicem, & singulariter inquirantur. Et non solum accusatori licet testes eligere, absente suo accusatore. Et omnino nullus nisi jejunis ad juramentum vel ad testimonium admittatur. Et ille qui ad testimonium adducitur, si refutatur, dicat ille qui eum refutat & probat quare illum recipere nollet. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit perjuri, manum perdat aut redimat.

XII.

De advocatis, id est, ut pravi Advocati, Vicedomini, Vicarij, & Centenarij tollantur, & tales eligantur quales sciant & velint justè causas discernere & deter-

minare. Et si Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

XIII.

De oppressione pauperum liberorum omnium, ut non faciant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi, ita ut peracti res eorum vendant aut tradant. Ideo hæc supra & hic de liberis hominibus diximus ne fortè parentes contra justitiam faciant exhereditari, & regale obsequium minuat, & ipsi heredes propter indigentiam mendaces vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut sepius non fiant manni, nisi sicut in alio Capitulare præcipimus, ita servetur.

XIV.

Census regalis undecunque legitime exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis, sive de rebus.

XV.

De latronibus, sicut jam antea in alio Capitulare commendavimus, ita maneat.

XVI.

De liberis hominibus qui uxores fiscalinas regias, & feminas liberas qui homines fiscalinos regios accipiunt, ut de hereditate vel de causa sua quaerenda nec de testimonio pro hac re abiciantur. Sed talis etiam nobis in hac causa servetur qualis & antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus servatum esse cognovimus.

CAPITVLVM IMPERATORIS

De honore Episcoporum & reliquorum sacerdotum, datum in eodem loco in quo sancita sunt superiora capitula, id est, apud Theodonis villam.

Ex Capitulis Domni Karoli Theotonis villa firmatis.

VII. 390. **V**olumus atque præcipimus ut omnes suis sacerdotibus tam majoris ordinis quam & inferioris, à minimo usque ad maximum, ut summo Deo, cujus vice in Ecclesia legatione funguntur, obedientes existant. Nam nullo pacto agnoscere possumus qualiter nobis fideles existere possunt qui Deo infideles & suis sacerdotibus apparuerint, aut qualiter nobis obedientes nostrisque ministris ac legatis obtemperantes erunt qui illis in Dei causis & Ecclesiarum utilitatibus non obtemperant. Potius namque, juxta veritatis vo-

cem, ille metuendus est qui potest animam & corpus perdere in gehennam quam ille qui corpus torquere & honores temporales potest auferre. De illis dictum est: *Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit.* Et alibi: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rursus: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius illi ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundo maris.* Et iterum: *Qui vos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit.* Et multa alia horumque similia. His ergo fulti oraculis

E e ij

jubemus ut omnes eis pro viribus ad eorum peragenda ministeria & ad malos & peccatores atque negligentes homines distringendos summopere obedientes existant. Qui autem in his, quod absit, aut negligentes eisque inobedientes fuerint inventi, sciant se nec in nostro imperio honores retinere, licet etiam filij nostri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiscum aut cum nostris societatem aut communionem ullam habere, sed magis

sub magna districtione & ariditate penas luere. In his namque omnium nostrorum fidelium volumus agnoscere fidem ac benevolentiam. Quoniam si hæc fideliter & utiliter impleverint, tunc Deo & nobis fideles erunt. Si autem, quod absit, secus egerint, tunc non solum infideles, sed etiam infames atque reprobi manifestè apparentes notabuntur, eorumque domus publicabuntur, & ipsi exiliabuntur.

CAPITVLARE PRIMVM

ANNI DCCCVI.

S I V E

Charta divisionis regni Francorum inter Karolum, Pippinum, & Ludovicum filios Karoli Magni Imperatoris.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Imperator Cæsar Karolus Rex Francorum invictissimus & Romani Rector Imperij, pius, felix, ac triumphator semper augustus, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & cuncto populo catholico præsentis & futuro gentium ac nationum quæ sub ejus imperio & regimine constitutæ sunt. Sicut omnibus vobis notum esse & neminem vestrum latere credimus quomodo nos divina clementia, cujus nutu ad occasum tendentia secula per successiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miserationis ac benedictionis suæ ditavit munere, quia per eos, secundum vota nostra, & spem nostram de regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxia posteritatis leviolem fecit, ita & hoc vobis notum fieri volumus quod eosdem per Dei gratiam filios nostros regni à Deo nobis concessi, donec in corpore sumus, & post nostrum ab hac mortalitate discessum, hujus à Deo conservandi regni vel imperij nostri heredes relinquere, si sic divina majestas annuerit, optamus; non ut confusè atque inordinate aut sub totius regni dominatione jurgij controversiam eis relinquamus, sed trina partitione totum regni corpus dividentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat portionem, distribuere & designare volumus, eò videlicet modo, ut sua quisque portione contentus, juxta ordinationem nostram, & fines regni sui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio, nitatur defendere, & pacem atque caritatem cum fratre custodire.



Divisiones verò à Deo conservati atque conservandi imperij vel regni nostri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam & Wasconiam, excepto pago Turonico, & quicquid inde ad occidentem atque Hispaniam respicit, & de civitate Nivernis, quæ est sita super fluvium Ligerem, cum ipso pago Nivernense, pagum Avalensem atque Alensem, Cabilionensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam, Tarentasiam, montem Cinsium, vallem Segufianam usque ad Clusas, & inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, hos pagos cum suis civitatibus & quicquid ab eis contra meridiem & occidentem usque ad mare vel usque ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundiae, & Provinciam, ac Septimaniam, vel Gothiam Ludovico dilecto filio nostro consignavimus.

I I.

Italiam verò, quæ & Langobardia dicitur, & Bajovariam, sicut Tassilo tenuit, excepto duabus villis quarum nomina sunt Ingoldestat & Lutrahahof, quas nos quondam Tassiloni beneficiavimus, & pertinent ad pagum qui dicitur Northgouve, & de Alamaniam partem quæ in australi ripa Danubij fluminis est, & de ipso flumine Danubij corrente limite usque ad Rhenum fluvium in confinio pagorum Chletgouve & Hegouve in locum qui dicitur Enge, & inde per Rhenum fluvium sursum versus usque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit, & ad meridiem vel orientem respicit, unà cum ducatu Curienti & pago Durgouve, Pippino dilecto filio nostro.

I I I.

Quicquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Franciam & Burgundiam, excepto illa parte quam Ludovico dedimus, atque Alamaniam, excepto portione quam Pippino adscripsimus, Austriam, Niustriam, Turingiam Saxoniam, Frisiam, & partem Bajovariæ quæ dicitur Northgovv, dilecto filio nostro Karolo concessimus; ita ut Karolus & Ludovicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Karolus per vallem Augustanam, quæ ad regnum ejus pertinet, & Ludovicus per vallem Segufianam, Pip-

pinus verò & exitum & ingressum per Alpes Noricas atque Curiam.

I V.

Hæc autem tali ordine disponimus, ut si Karolus, qui major natus est, priusquam ceteri fratres sui diem obierit, pars regni quam habeat dividatur inter Pippinum & Ludovicum, sicut quondam divisum est inter nos & fratrem nostrum Karlomanum, eo modo ut Pippinus illam portionem habeat quam frater noster Karlomanus habuit, Ludovicus verò illam partem accipiat quam nos in illa portione suscepimus. Si verò Karolo & Ludovico viventibus, Pippinus debitum humanæ fortis compleverit, Karolus & Ludovicus dividant inter se regnum quod ille habuit, & hæc divisio tali modo fiat ut ab ingressu Italiae per Augustam civitatem accipiat Karolus Eboricam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino corrente usque ad fines Regensium, & ipsam Regiam, & civitatem novam, atque Mutinam usque ad terminos sancti Petri. Has civitates cum suburbanis & territorijs suis atque comitatibus quæ ad ipsas pertinent, & quicquid inde Romam pergenti ad laevam respicit, de regno quod Pippinus habuit unà cum ducatu Spoletano hanc portionem, sicut prædiximus, accipiat Karolus. Quicquid autem à prædictis civitatibus vel comitatibus Romam cuncti ad dextram jacet, de prædicto regno, id est, portionem quæ remansit de regione Transpadana, unà cum ducatu Tuscano usque ad mare australe & usque ad Provinciam, Ludovicus ad augmentum sui regni fortiat. Quòd si ceteris superstitionibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ quam regno ejus adjunximus, cum Provincia & Septimania sive Gothia usque ad Hispaniam, Pippinus accipiat, Karolus verò Aquitaniam atque Wasconiam.

V.

Quod si talis filius cuilibet istorum trium fratrum natus fuerit quem populus eligere velit ut patri suo succedat in regni hereditate, volumus ut hoc consentiant patri ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni quam pater ejus frater eorum habuit.

V I.

Post hanc nostræ auctoritatis dispositionem placuit inter prædictos filios nostros statuere atque præcipere, propter pacem quam inter eos per manere perpetuo desi-

deramus, ut nullus eorum fratris sui terminos vel regni limites invadere presumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum ejus vel marcas minuendas; sed adjuvet unusquisque illorum fratrem suum, & auxilium illi ferat contra inimicos ejus juxta rationem & possibilitatem, sive infra patriam, sive contra exterarum nationes.

VII.

Neque aliquis illorum hominem fratris sui pro quolibet causis sive culpis ad se confugientem suscipiat, nec intercessionem quidem pro eo faciat. Quia volumus ut quilibet homo peccans, & intercessione indigens, intra regnum domini sui vel ad loca sancta vel ad honoratos homines confugiat, & inde justam intercessionem mereatur.

VIII.

Similiter precipimus ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem ejus dimiserit, & de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat ut talem hominem recipiant, vel injuste retinere presumant. Hoc non solum de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus observandum, ut nulla discordia relinquantur occasio.

IX.

Quapropter precipiendum nobis videtur ut post nostrum ab hac mortalitate discessum homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia unusquisque in regno domini sui, & non in alterius, ne forte per hoc, si aliter fuerit, scandalum aliquod accidere possit. Hereditatem autem suam habeat unusquisque illorum hominum absque contradictione, in quocumque regno hoc eum legitime habere contigerit.

X.

Et unusquisque liber homo, post mortem domini sui, licentiam habeat se commendandi inter hæc tria regna ad quemcumque voluerit. Similiter & ille qui nondum alicui commendatus est.

XI.

De traditionibus autem atque venditionibus que inter partes fieri solent, precipimus ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius a quolibet homine traditionem seu venditionem rerum immobilium, hoc est, terrarum, vinearum, atque silvarum, servorumque qui jam casati sunt, sive ceterarum rerum que here-

ditatis nomine censentur, excepto auro, argento, & gemmis, armis ac vestibus, necnon & mancipiis non casatis, & his speciebus que proprie ad negotiatores pertinere noscuntur. Ceteris vero liberis hominibus hoc minime interdicens judicavimus.

XII.

Si que autem femina, sicut fieri solet, inter partes & regna fuerint ad conjugium postulata, non denegentur justè poscentibus, sed liceat eas vicissim dare & accipere & adfinitatibus populos inter se sociari. Ipsæ vero femina potestatem habeant rerum suarum in regno unde exierant, quamquam in alio propter mariti societatem habitare debeant.

XIII.

De obsidibus autem qui propter credentias dati sunt, & a nobis per diversa loca ad custodiendum destinati sunt, volumus ut ille Rex in cujus regno sunt, absque voluntate fratris sui, de cujus regno sublati sunt, in patriam eos redire non permittat, sed potius in futurum in suscipiendis obsidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, si frater fratrem hoc facere rationabiliter postulaverit. Idem jubemus & de his qui pro suis facinoribus in exilium missi vel mittendi sunt.

XIV.

Si causa vel intentio sive controversia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit que hominum testimonio declarari vel definiti non possit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ, judicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna vel campus ad examinationem judicetur. Si vero quilibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini sui apud dominum suum accusaverit, mittat eum dominus suus ad fratrem suum, ut ibi comprobet quod de homine illius dixit.

XV.

Super omnia autem jubemus atque precipimus ut ipsi tres fratres curam & defensionem Ecclesie sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Karolo & beate memorie genitore nostro Pippino Rege & a nobis postea suscepta est, ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur, & justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet & ratio postulaverit, habere faciant. Similiter &

de ceteris Ecclesiis quæ sub illorum fuerint potestate præcipimus ut iustitiam suam & honorem habeant, & pastores atque rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum quæ ad ipsa loca pia pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum Ecclesiarum possessiones fuerint.

XVI.

Quod si de his statutis atque convenientis aliquid casu quolibet vel ignorantia, quod non optamus, fuerit irruptum, præcipimus ut quam citissimè secundum iustitiam emendare studeant, ne fortè propter dilationem majus damnum possit adcrefcere.

XVII.

De filiabus autem nostris, fororibus scilicet prædictorum filiorum nostrorum, jubemus ut post nostrum ab hoc corpore discessum licentiam habeat unaquæque eligendi sub cuius fratris tutela & defensione se conferre velit. Et qualiscunque ex illis monasticam vitam elegerit, liceat ei honorificè vivere sub defensione fratris sui in cuius regno degere voluerit. Quæ autem justè & rationabiliter à condigno viro ad conjugium quaesita fuerit, & ei conjugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus suis, si & viri postulantis & feminae consentientis honesta & rationabilis fuerit voluntas.

XVIII.

De nepotibus verò nostris, scilicet filiis prædictorum filiorum nostrorum, qui ex

eis vel jam nati sunt vel adhuc nascituri sunt, placuit nobis præcipere ut nullus eorum per quolibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatam sine iuxta discussione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excacare, aut invitum tondere faciat, sed volumus ut honorati sint apud patres & patruos suos, & obediens sint cum omni subiectione quam decet in tali consanguinitate esse.

XIX.

Hoc postremò statuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus & constitutionibus quæ ad profectum & utilitatem eorum pertinent, his nostris decretis atque præceptis addere voluerimus, sic à prædictis dilectis filiis nostris observetur atque custodiatur sicut ea quæ in his jam statuta & descripta sunt custodire & observare præcipimus.

XX.

Hæc autem omnia ita disposuimus atque ex ordine firmare decrevimus, ut quandiu divinæ majestati placuerit nos hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super à Deo conservatum regnum atque imperium istud, sicut hæcenus fuit, in regimine atque ordinatione & omni dominatu regali atque imperiali, & ut obediens habeamus prædictos dilectos filios nostros atque Deo amabilem populum nostrum cum omni subiectione quæ patri à filiis & Imperatori ac Regi à suis populis exhibetur.

CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCVI.

S I V E

CAPITVLA VIII. ADDENDA AD LEGES.

Incipiunt capitula quæ Dominus Karolus serenissimus Imperator addere iussit.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|---|
| <p>1. DE hano Regis inrepto componendo.</p> <p>2. De tuitione Ecclesie, viduarum, orphanorum, & minorum potentum.</p> | <p>3. De raptu & violentia & incendio infra patriam factis.</p> <p>4. De manitione in hostem.</p> <p>5. De compositione hominis denarialis.</p> |
|--|---|

6. De his qui in Ecclesia manumissi sunt.
7. De his qui per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi.

8. Vt Clericum alienum nemo recipiat sine consensu Episcopi sui.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De banno Regis inrupto componendo.

De his qui in Ecclesia manumissi sunt.

I. **V**T bannum ipsius quislibet intruperit, componere debeat.
De tuitione Ecclesie, viduarum, orphanorum, & minus potentum.

II. Vt Ecclesia, vidue, orphani, vel minus potentes pacem rectam habeant. Et ubicunque fuerit infracta, sexaginta solidis componatur.

De raptu & violentia & incendio infra patriam factis.

III. Vt raptum vel vis per collectam hominum & incendia infra patriam nemo facere presumat. Et qui hoc commiserit, sexaginta solidos in bannum nostrum componat.

De manitione in hostem.

IV. Similiter & qui iustionem regiam in hoste bannitus intruperit.

De compositione hominis denariatis.

V. De denariis, ut si quis eos occiderit, Regi componatur.

VI. Similiter de his qui per chartam in Ecclesia juxta altare dimissi sunt liberi, cum quadraginta solidis Regi componantur.

De his qui per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi.

VII. Qui vero per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, ubi nullum patronium & defensionem non elegerint, similiter Regi componantur cum quadraginta solidis.

Vt Clericum alienum nemo recipiat sine consensu Episcopi sui.

VIII. Vt Clericum nemo recipere audeat sine consensu Episcopi sui. Et si eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipsius Episcopi fuerit, aliter non faciat, nisi eum ejus presentie perferendum, si dignus fuerit, deducat.

Hæc octo capitula in assiduitate. Reliqua autem reservata sunt Regibus, ut ipsi potestatem habeant nominativè demandare unde exire debent.

CAPITVLARE TERTIVM
ANNI DCCCVI.

Hæc capitula nostra Missi nostri cognita faciant omnibus in omnes partes.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E armis non portandis.

2. De latronibus.

3. De animalibus vel aliis rebus, à quibus emanantur.

4. De adventitiis.

5. Item de adventitiis & fugitivis.

6. De istis capitulis ad Missos transfutendis.



INCIPIVNT

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

III. 22. I. *De armis non portandis.*
Vt nullus ad mallum vel ad placitum infra patriam arma, id est, scutum & lanceam portet.

De latronibus.
II. De latronibus, quicumque post Missam sancti Iohannis latroni mansionem dederit, si Francus est, cum duodecim similibus Francis juret quod latronem eum fuisse non scisset, licet pater ejus sit aut frater vel propinquus. Si hoc jurare non poterit, & ab aliquo convictus fuerit quod latronem in hospitio suscepisset, quasi latro & infidelis judicetur, quia latro, infidelis est noster & Francorum; & qui illum suscipit, similis est illi. Si autem audivit quod latro fuisset, & tamen nescit profirmiter, aut solus juret quod nunquam eum audisset nec per veritatem nec per mendacium latronem esse; aut sit paratus, si de illo latrocinio postea victus fuerit, ut similiter damnetur.

De animalibus vel aliis rebus, à quibus emanant.
III. Vt nullus comparet caballum, bovem, & jumentum, vel alia, nisi illum hominem cognoscat qui eum vendidit, aut de quo pago est, vel ubi manet, aut quis est ejus senior.

De adventitiis.
IV. De adventitiis, ut cum Missi nostri ad placitum nostrum venerint, habeant scriptum quanti adventitij sunt in illorum missatico, & de quo pago sunt, & nomina eorum, & qui sunt seniores eorum.

Item de adventitiis & fugitivis.
V. Similiter direximus Missos in Aquitaniam & in Longobardiam, ut omnes fugitivos & adventitios ad nostrum placitum adducant.

De istis capitulis ad Missos transmittendis.
VI. Quicumque ista capitula habet, ad alios Missos ea transmittat qui non habent, ut nulla excusatio de ignorantia fiat.

CAPITVLARE QVARTVM ANNI DCCCVI.

Et haec Missi nostri ante nativitatem Domini omnibus cognita faciant.

INCIPIUNT CAPITVLA.

1. *De justitiis Ecclesiarum.*
2. *De potestate Episcoporum.*
3. *Vt viduae, orphani, & minus potentes habeant defensionem Imperatoris.*
4. *De concordia Episcoporum & Comitum.*
5. *De latronibus, homicidis, adulteris, & incestuosis.*
6. *De rebus propriis.*
7. *De eo qui dixerit quod ei justè non judicetur.*
8. *Quas justitias Missi ad presens faciant. Et de marcha custodienda.*

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De justitiis Ecclesiarum.

VL 145. I. IN primis omnium jubendum est ut habeant Ecclesiae earum justitias, tam in vita illorum qui habitant in ipsis Ecclesiis, quamque in pecuniis & substantiis eorum.

De potestate Episcoporum.
Ibid. 146. II. Vt omnes Episcopi potestativè secundum regulam canonicam doceant, & regant eorum ministeria, tam in monasteriis virorum quam puellarum, vel in Tom. I.

forensibus Presbyteris, seu reliquo populo Dei.

Vt viduae, orphani, & minus potentes habeant defensionem Imperatoris.

III. Vt viduae & orphani & minus potentes sub Dei defensione & nostro mundeburdo pacem habeant, & eorum justitias adquirant.

De concordia Episcoporum & Comitum.

IV. Episcopi cum Comitibus stent, & Comites cum Episcopis, ut uterque pleniter suum ministerium peragere possit.

Ff

*De latronibus, homicidis, adulteris,
& incestuosis.*
Ibid. 250. V. Ut latrones, vel homicidæ, seu adul-
teri, & incestuosi sub magna districtione
& correctione sint correpti secundum eu-
vam Bajuvariorum vel legem.

De rebus propriis.
Ibid. 251. VI. De rebus propriis, ut ante Missos
vel Comites nostros & iudices veniant, &
ibi accipiant finitivam sententiam. Et an-
tea nullus præsumat alterius res proprin-
dere, nisi magis suam causam quærat ante
iudices nostros, ut diximus, & ibi reci-
piat quod iustum est.

De eo qui dixerit quod ei iuste non iudicetur.
Ibid. 255. VII. Et si aliquis voluerit dicere quod

iustè ei non iudicetur, tunc in præsentiam
nostram veniat. Aliter verò non præsu-
mat in præsentiam nostram venire, pro
alterius iustitia dilatanda.

*Quas iustitias Missi ad præsens faciant.
Et de marcha custodienda.*

VIII. Quod non amplius de illis iusti-
tiis Missi nostri ad præsens modò faciant
nisi de temporibus Tassilonis seu Liutpir-
gæ, exceptis illis qui avi & genitoris nostri
vel ad nos venerint. Et marcham nostram,
secundum quod ordinatum & sancitum
habemus, custodiant unà cum Missis no-
stris.

EXPLICIT.

CAPITVLARE QVINTVM ANNI DCCCVI.

S I V E

CAPITVLARE NOVIOMAGENSE.

Capitula quæ ad Niumaga addita in sexto anno imperij infra quadragesimam.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|---|
| 1. D E cura Missorum dominicorum. | 9. De his qui propter propriam iustitiam di-
latandam fugantur. |
| 2. De sacramento fidelitatis præ-
stando Imperatori. | 10. De mendicis discurrentibus. |
| 3. <i>Ut ea omnes consentiant quæ inter filios
Imperatoris constituta sunt.</i> | 11. De teloneis & cispataticis. |
| 4. De vita & conversatione monachorum
& sanctimonialium per Missos discuti-
enda. | 12. De usura. |
| 5. De thesauris ecclesiasticis. | 13. De cupiditate in bonam partem. |
| 6. De æqualitate à Missis dominicis fa-
cienda. | 14. Item de cupiditate in malam partem. |
| 7. De his qui beneficia habent regalia. | 15. De avaritia. |
| 8. De his qui fraudem faciunt in regalibus
beneficiis. | 16. De turpibus lucris. |
| | 17. De senore. |
| | 18. De emptione tempore messis causa cupi-
ditatis & turpis lucri. |
| | 19. De hoc si per plurima loca fames fuerit. |

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De cura Missorum dominicorum.

& secundum iussionem nostram.

III. 17. **I**T unusquisque in suo missa-
ticomaximam habeat curam
ad prævidendum & ordinandum ac dif-
ponendum secundum Dei voluntatem

*De sacramento fidelitatis præstando
Imperatori.*

II. De sacramento, ut hi qui antea
fidelitatem partibus nostris non promi-

serunt, promittere faciant, & insuper omnes denuo repromittant.

Vt ea omnes consentiant que inter filios Imperatoris constituta sunt.

III. Vt ea que inter filios nostros propter pacis concordiam statuimus pleniter omnes consentire debeant.

De vita & conversatione monachorum & sanctorum per Missos discutienda.

1. 116. IV. Vt prædicti Missi per singulas civitates & monasteria virorum & puellarum prævideant quomodo aut qualiter in domibus Ecclesiarum & ornamentis Ecclesiarum emendata vel restaurata esse videntur, & diligenter inquirent de conversatione singulorum, vel quomodo emendatum habeant quod iustum de eorum lectione & cantu ceterisque disciplinis & ecclesiasticæ regulæ pertinentibus.

De thesauris ecclesiasticis.

Ibid. 117. V. Vt singuli Episcopi, Abbates, & Abbatissæ diligenter considerent thesauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut negligentiam custodum aliquid de gemmis, aut de vasibus, reliquo quoque thesauro perditum sit: quia dictum est nobis quod negotiatores Iudæi necnon & alij gloriantur quod quicquid eis placeat, possint ab eis emere.

De æqualitate à Missis dominicis facienda.

111. 12. VI. Volumus ut æqualiter Missi nostri faciant de singulis causis, sive de heribano, sive de advenis, sive de ceteris quibuslibet causis. De advenis volumus ut qui jamdiu conjugati sunt per singula loca, utibi maneat, & sine causa aut sine aliqua culpa non fiant ejecti. Fugitivi vero servi & latrones redeant ad propria loca.

De his qui beneficia habent regalia.

Ibid. 19. VII. Auditum habemus qualiter & Comites & alij homines qui nostra beneficia habere videntur, comparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio, & faciunt servire ad ipsas proprietates servientes nostros de eorum beneficio, & curtes nostræ remanent desertæ, & in aliquibus locis ipsi vicinantes multa mala patiuntur.

De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.

Ibid. 20. VIII. Audivimus quod alibi reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, & in ipso placito dato pretio comparant ipsas res iterum sibi in alodum. Quod omnino cavendum est. Quia qui hoc faciunt, non bene custodiunt fidem quam nobis promissam habent. Et

Tom. I.

ne fortè in aliqua infidelitate inveniantur, quia qui hoc faciunt, per eorum voluntatem ad aures nostras talia opera illorum non perveniunt.

De his qui propter propriam justitiam dilatandam fugantur.

IX. Sunt & alij qui justitiam legibus recipere debent, & in tantum fiunt in quibusdam locis fatigati usque dum illorum justitiam per fideiutorum manus tradunt, ita ut aliquid vel parvum possint habere, & fortiores suscipiant majorem portionem.

De mendicis discurrentibus.

X. De mendicis qui per patrias discurrunt, volumus ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat aliubi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, nisi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere præsumat.

De teloneis & cispitanicis.

XI. De teloneis & cispitanicis, sicut in alio capitulari ordinavimus, teneant, id est, ut ubi antiqua consuetudo fuit exigantur, & ubi nova fuerint inventa, destruantur.

De usura.

XII. Usura est ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia, si dederis solidos decem, & amplius requisieris. Vel si dederis modium unum frumenti, & iterum super aliud exigeris.

De cupiditate in bonam partem.

XIII. Cupiditas in bonam partem potest accipi & in malam. In bonam juxta Apostolum: *Cupio dissolvi & esse cum Christi.* & in psalmo: *concupivit anima mea in atria Domini.*

Item de cupiditate in malam partem.

XIV. Cupiditas verò in malam partem accipitur, qui supra modum res quaslibet injustè appetere vult, juxta Salomonem: *Post concupiscentias tuas non eas.*

De avaritia.

XV. Avaritia est alienas res appetere & adeptas nulli largiri. Et juxta Apostolum hæc est radix omnium malorum.

De turpibus lucris.

XVI. Turpe lucrum exercent qui per varias circumventiones lucrandi causa inhonestè res quaslibet congregare decernunt.

De fenore.

XVII. Fœnus est qui aliquid præstat. Iustum fœnus est qui amplius non requirit nisi quantum præstitit.

Ff ij

*De emptione tempore messis causa cupiditatis
& turpis lucri.*

Ibid. 117. XVIII. Quicumque enim tempore messis vel vindemiae, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam aut vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum, & servat usque dum iterum venundari possit contra denarios quatuor aut sex seu amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Si autem propter necessitatem comparat, ut sibi habeat & alius tribuat, negotium dicimus.

De hoc si per plurima loca fames fuerit.

Ibid. 116. XIX. Consideravimus itaque ut praesenti anno, quia per plurima loca fames valida esse videtur, ut omnes Episcopi, Abbates, Abbatissae, optimates, & Comites, seu domestici, & cuncti fideles qui

beneficia regalia tam de rebus ecclesiasticis quamque & de reliquis habere videntur, ut unusquisque de suo beneficio suam familiam nutrire faciat, & de sua proprietate propriam familiam nutriat, & si Deo donante super se & super familiam suam aut in beneficio aut in alode annonam habuerit, & venundare voluerit, non carius vendat nisi modium de avena denarios duos, modium unum de hordeo contra denarios tres, modium unum de spelta disparata contra denarios tres, modium unum de segale contra denarios quatuor, modium unum de frumento parato contra denarios sex. Et ipse modius sit quem omnibus habere constitutum est, ut unusquisque habeat aequam mensuram & aequales modios.

CAPITVLARE SEXTVM

ANNI DCCCVI.

S I V E

CAPITVLA EXCERPTA DE CANONE.

Incipiunt capitula excerpta de canone.

C A P. I.

I. 117. **V**T per singulos annos synodus bis fiat.

II.

Qualis ad sacerdotium vel sacros ordines, secundum quod in canone legimus, venire non potest.

III.

Ibid. 118. Vt nequaquam inter duos Metropolitanos provincia dividatur.

IV.

Ibid. 119. Ne in una civitate duo sint Episcopi, & de Vicariis eorum.

V.

Ibid. 120. Quod non oporteat ordinationes Episcoporum diu differre.

VI.

App. I. 11. De ordinatis Episcopis, nec receptis.

VII.

Ibid. 11. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare.

VIII.

De servo, si nesciente domino suo fuerit ordinatus. Ibid. 12.

IX.

Quod non liceat Clericum in duabus civitatibus ministrare, nec Abbates plurima monasteria aut cellas habere. Ibid. 14.

X.

Ne de uno loco ad alium transeat Episcopus sine decreto Episcoporum, vel Clericus sine iussione Episcopi sui. I. 121.

XI.

De peregrinis Episcopis & Clericis. App. I. 12.

XII.

De litteris peregrinorum, & Clericis sine litteris ambulantiis. Ibid. 16.

XIII.

Qualis vel pro qualibus culpis quis secundum canonicam institutionem degradetur de officio sacerdotali. Ibid. 17.

XIV.

De expulso ab Ecclesia & excommunicato vel damnato ab officio. Ibid. 17.

- XV.
Ibid. 19. & 20. De ordinatione ecclesiastico, & officio missæ, & reliquiis sanctorum, & oratorii villaribus.
- XVI.
Ibid. 21. De altaribus non consecrandis nisi lapideis.
- XVII.
Ibid. 22. De confirmatione cum chrismate.
- XVIII.
Ibid. 23. De baptismo.
- XIX.
Ibid. 24. De Pascha & die dominico & reliquis festiuitatibus.
- XX.
Ibid. 25. De ieiuniis & quadragesima vel letaniis.
- XXI.
Ibid. 26. Ut festiuitates præclaræ non nisi in ciuitatibus aut in vicis publicis teneantur.
- XXII.
Ibid. 27. De hoc officio.
- XXIII.
I. 231. Ut omnes fideles communicent, & ad missas perexpectent finalem deprecationem.

De Presbyteris, Diaconis, & reliqui ex clero. *Ex decretis & canone sancti Syluestri & LXXXIV. Episcoporum.*

Fecit hos gradus in gremio synodi, ut I. 133. non Presbyter aduersus Episcopum, non Diaconus aduersus Presbyterum, non Subdiaconus aduersus Diaconum, non Acolytus aduersus Subdiaconum, non Exorcista aduersus Acolytum, non Lector aduersus Exorcistam, non Ostiarius aduersus Lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur Præsul sine septuaginta duobus testibus; neque Præsul summus à quoquam iudicabitur; quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem nisi in quadraginta quatuor testimoniis non damnabitur. Diaconus autem in cardine constitutus urbis Romæ nisi triginta septem testibus non condemnabitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector nisi, sicut scriptum est, in septem testimoniis filios habentes & uxorem & omnino Christum prædicantes. Sic datur mystica veritas.

CAPITVLARE ANNI DCCCVII.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Meisenfis.

ISTE CAPITVLVS FVIT DATVS IN ANNO
SEPTIMO AD AQVIS PALATIVM.

Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultra Sequanæ omnes exercitare debeant.

CAP. I.

IN primis quicumque beneficia habere videntur, omnes in hostem veniant.

II.

Quicumque liber mansos quinque de proprietate habere videtur, similiter in hostem veniat. Et qui quatuor mansos habet, similiter faciat. Qui tres habere videtur, similiter agat. Vbicunque autem inventi fuerint duo quorum unusquisque duos mansos habere videtur, unus alium preparare faciat, & qui melius ex ipsis potuerit, in hostem veniat. Et ubi inventi

fuerint duo quorum unus habeat duos mansos, & alter habeat unum mansum, similiter se sociare faciant, & unus alterum preparet, & qui melius potuerit, in hostem veniat. Vbicunque autem tres fuerint inventi quorum unusquisque mansum unum habeat, duo tertium preparare faciant; ex quibus qui melius potest, in hostem veniat. Illi verò qui dimidios mansos habent, quinque sextum preparare faciant. Et qui sic pauper inventus fuerit qui nec mancipia nec propriam possessionem terrarum habeat, tamen in pretio valente quinque solidos, quinque sextum prepara-

Ff ij

rent, & ubi duo, tertium, de illis qui parvas possessiones de terra habere videntur. Et unicuique ex ipsis qui in hoste pergunt fiant coniectati solidi quinque à suprascriptis pauperioribus qui nullam possessionem habere videntur in terra. Et pro hac consideratione nullus suum seniore dimittat.

I I I.

Omnes itaque fideles nostri Capitanei cum eorum hominibus & carra sive dona, quantum melius præparare potuerint, ad condicendum placitum veniant. Et unusquisque Missorum nostrorum per singula ministeria considerare faciat unum de Vassallis nostris, & præcipiat de verbo nostro ut cum illa minore manu & carra de singulis comitatibus veniant, & eos post nos pacifice adducat, ita ut nihil exinde remaneat, & mediante mense Augusto ad Rhenum sint. Hæc autem constituta volumus ut observent omnes generaliter, præfenti anno, qui ultra Sequanam commanere videntur.

I V.

Volumus atque iubemus ut Comites nostri propter venationem & alia joca placita sua non dimittant, nec ea minuta faciant, sed ad exemplum quod nos cum illis placitare solemus, sic & illi cum suis subiectis placitent, & iustitias faciant, & de singulis capitulis quæ eis præcepimus per semetipsos considerare studeant, ut nihil præmittatur ab eis quæ vel infra patriam vel foras patriam in hoste faciendum injungimus.

V.

Si partibus Hispaniæ sive Avaratiæ solatium fuerit necesse præbendi, tunc de Saxonibus quinque sextum præparare faciant. Et si partibus Beheim fuerit necesse solatium ferre, duo tertium præparent. Si verò circa Sorabis patria deferenda ne-

cessitas fuerit, tunc omnes generaliter veniant.

V I.

De Fresonibus volumus ut Comites & Vassalli nostri, qui beneficia habere videntur, & caballarij, omnes generaliter ad placitum nostrum veniant bene præparati. Reliqui verò pauperiores, sex septimum præparare faciant, & sic ad condicendum placitum bene præparati hostiliter veniant.

V I I.

Volumus itaque atque præcipimus ut Missi nostri per singulos pagos prævidere studeant omnia beneficia quæ nostri & aliorum homines habere videntur, quomodo restaurata sint post annuntiationem nostram, sive destructa. Primum de Ecclesiis, quomodo structæ aut destructæ sint in tectis, in maceris, sive parietibus, sive in pavimentis, necnon in pictura, etiam & in luminariis, sive officiis. Similiter & alia beneficia, casas cum omnibus appendiciis earum & laboratu sive adquisitu, vel etiam quid unusquisque, postquam hoc facere prohibuimus, in suum alodem ex ipso beneficio duxit, vel quid ibidem exinde operatus est. Qualiter autem sit hoc unusquisque Vicarius singulis comitatibus in suo ministerio simul cum nostris Missis prævideat, & sicut ipse hoc conjurare valeat, totum invenerit, in brevem mittat, & ipsos breves nobis deferant. Et omnes hij qui in ipsa beneficia habent, unâ cum nostris Missis veniant, ut scire possimus qui sint, aut qui suum beneficium habeat condicendum aut destructum. Similiter & illorum alodes prævideant, utrum melius sint constructi ipsi alodi aut illud beneficium: quia auditum habemus quòd aliqui homines illorum beneficia habent deserta, & alodes eorum restauratos.



EPISTOLA IMPERATORIS

Ad Pippinum filium Regem Italiae, de pace Ecclesiarum Dei
& servitium earum.

K Arolus serenissimus Augustus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans imperium, ac per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, dilectissimo filio nostro Pippino glorioso Regi sempiternam in Domino salutem. Pervenit ad aures nostras quòd aliqui Duces & eorum juniores, Castaldij, Vicarij, Centenarij, seu reliqui ministeriales, Falconarij, Venatores, & ceteri per singula territoria habitantes vel discurrentes, mansionaticos & paravereda accipiant, non solum super liberos homines, sed etiam in Ecclesiis Dei, monasteria videlicet virorum ac puellarum, & xenodochia, atque diversas plebes, & super reliquos servientes Ecclesiarum Dei, in eorum opera, id est, in vineis & campis, seu pratis, necnon & in eorum aedificiis illos faciant operari, & carnaticos & vinum contra omnem justitiam ab eis exactare non cessant, & multas oppressiones patiantur ipsae Ecclesiae Dei vel servientes earum. Ideoque, carissime fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, ut hanc causam diligenter ac prudenter inquirere facias, & si veritas est quòd ita factum sit, deinceps omnimodis emendare & corrigere studeas: quatenus in diebus nostris ac tuis pax Ecclesiarum

Dei, sive illarum servientium, in omnibus conservetur, & ut merces copiosa nobis ac tibi jugiter adcreseat. Audivimus etiam quòd quaedam capitula quae in lege scribi iussimus, per aliqua loca aliqui ex nostris ac vestris dicant quòd nos nequam illis hanc causam ad notitiam per nosmetipsos conductam habeamus, & ideo nolunt eis obedire nec consentire neque pro lege tenere. Tu autem nosti quomodo vel qualiter tecum locuti fuimus de ipsis capitulis. Et ideo admonemus tuam amabilem dilectionem ut per univrsum regnum tibi à Deo commissum ea nota facias & obedire atque implere praecipias de Episcopis & sacerdotibus occisis sicut statutum habemus, & de reliquis quibuslibet causis. Veruntamen de Presbyteris videtur nobis ut si liber natus est Presbyter, tripla compositione secundum suam legem fiat compositus; & si plagatus fuerit, secundum qualitatem plagarum vel disciplinae tripla compositione emendetur qui hoc perpetraverit. Si autem Presbyter servus natus fuerit, secundum illius natiuitatem tripla compositione solvatur in plagis & disciplinis. Et de Diaconibus similiter fiat. His expletis, bene valesem, per in Domino fili dilectissime,

Capitulare
1.1. anni
807

CAPITVLARE TRIPLEX ANNI DCCCVIII.

Nunc primùm editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

IN ANNO OCTAVO CAPITVLA CVM PRIMIS
CONFERENDIS.

- | | |
|---|---|
| I. DE latronibus & furibus. | X. De navibus quas facere iussimus. |
| II. De falsis testibus. | XI. Ut ea quæ constituta sunt à fidelibus nostris observentur, & iussiones nostræ impleantur. |
| III. De perjuriis. | XII. De tempore alterius placiti nostri, & qui iterum ad illum placitum venire debeant. |
| IV. De fugitivis. | XIII. De hominibus filiorum ac filiarum nostrarum, quos Missi & Comites distringere non audent. |
| V. De hominibus appensis propter leves culpas. | |
| VI. De moneta. | |
| VII. De roccis & sagis. | |
| VIII. De mercato palatij nostri. | |
| IX. De marcha nostra custodienda terra marique. | |

ITEM VBI SVpra.

- | | |
|---|--|
| I. DE marcha ad prævidendum unusquisque paratus sit illuc festinanter venire, quandocunque necessitas fuerit. | Et si fecerit, sicut in anterioribus capitulis mandatum est, manum perdat aut redimat. Et hoc omnibus adnuntiatum fiat, quid perjurium aut falsum testimonium noccat. |
| II. De latronibus, ut melius distringantur. Et ut nullus hominem pendere præsumat nisi per iudicium. Si verò aliquis sine culpa penditus fuerit, & ibi moritur, tunc ab eo qui eum sine iudicio pendidit proximis parentibus sit compositus. Et si ibi mortuus non fuerit, sed vivens evaserit, tunc sibi met sit compositus, & res & mancipia sua in fisco non cadant. De servis verò, si quis alterius servum absque iudicio & sine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, vveregildus ejus domino solvatur. Et si de ipsa morte evaserit, ipse ipsam liudem recipiat, & liber postea permaneat. | V. De emptionibus & venditionibus, ut nullus præsumat aliter vendere & emere sagellam meliorem duplum viginti solidis, & simplum cum decem solidis. Reliquos verò minus. Roccum martinum & lutrinum meliorem triginta solidis, sisnulinum meliorem decem solidis. Et si aliquis amplius vendiderit aut emperit, cogatur exsolvere in bannum solidos quadraginta, & ad illum qui hoc invenerit & eum exinde convicerit solidos viginti. |
| III. Ut nullus testes mittere in iudicium præsumat, sed Comes hoc per veraces homines circa manentes per sacramentum inquirat, ut sicut exinde sapiunt, hoc modis omnibus dicant. | VI. De fugitivis hominibus, ut ubicunque inventi fuerint, ille qui eum retinet bannum dominicum solvere cogatur, & ille fugitivus absque dubio in patriam ad dominum suum revertatur. |
| IV. Ut nullus se perjurare præsumat. | VII. De moneta, ut in nullo loco moneta percutiatur nisi ad curtem; & illi denarii palatini mercentur, & per omnia discurrant. |



ITEM

ITEM DE ANNO VIII.

- | | |
|---|---|
| I. De pace infra patriam. | adquisierunt postquam patres eorum & parentes ducti sunt. |
| II. De Canonicis & monachis. | VII. De decimis & nonis. |
| III. De falso testimonio & perjurio. | VIII. De latronibus & disciplina eorum. |
| IV. De his qui se fraudulenter ingenuare volunt, & aliqui optumescunt. | IX. De operibus palatij ad Vermerium. |
| V. De falsis monetis. | X. De illo broilo ad Attiniacum palatium nostrum. |
| VI. De illorum hominum conquista qui modò foris ducti fuerunt, & postea | |

CAPITVLARE PRIMVM
ANNI DCCCIX.

Nunc primùm editum ex veteri codice MS. sancti Vincenij Metensis.

CAPITVLA QVÆ DOMNVS IMPERATOR AQVIS PALATIO
CONSTITVIT IN ANNO NONO.

- | | |
|---|--|
| I. De Ecclesiis non bene restauratis. | torium ei qui malè facit aut respondere. |
| II. De causis quæ cotidie non cessant. | XV. Ut Missi nostri per misericordiam viriliter in omnibus agant. |
| III. De pace latronum. | XVI. De testibus, sicut in anterioribus capitulis continetur, ut jejuni ad placitum veniant, & postquam comederint, nec testimonium dicere nec sacramentum jurare possint. Et ut priusquam jurent, separatim discutiantur. |
| IV. De concordia fidelium nostrorum. | XVII. Ut nullus præmium recipiat propter justitiam tollendam. |
| V. De fugitivis quos non cessant recipere & abscondere. | XVIII. De mercatis, ut in die dominico non agantur, sed in diebus quibus homines ad opus dominorum suorum debent operari. |
| VI. De vagis peregrinis qui propter Deum non vadunt. | XIX. De pontibus & viis, ut nullus ibi teloneum accipiat. Et ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen transeundum propter telonei causam, quando ille in alio loco compendiosius illud flumen transire potest. |
| VII. De homicidiis. | XX. Ut omnes judicio Dei credant absque dubitatione. |
| VIII. De monetis & mensuris modiorum & sextariorum. | XXI. Si Presbyter chrisma dederit, ab Episcopo degradetur, & postmodum a judice manum perdat, si propter judicium subvertendum hoc fecerit. |
| IX. De beneficiis nostris non bene condrectis. Et ut nonæ vel decimæ per omnia donentur. | XXII. Ut judices, Vicedomini, Præpositi, Advocati, Centenarij, Scabinei boni & veraces & mansueti cum Comite |
| X. De Clericis & Vassallis, ut nullus sine licentia domini sui recipiatur. | |
| XI. De meziban, id est, de latrone forbannito. Ut unusquisque Comes alio mandet, ut nullus eum recipere audeat. Si liber eum susceperit, solidos quindecim componat. Si servus, centum viginti ictus accipiat, & insuper dimidium caput ejus tondeatur. | |
| XII. Ut nullus absque justitia pauperem & inopem expoliare præsumat. | |
| XIII. Ut nullus ad placitum venire cogatur nisi qui causam habet ad querendam, excepto Scabinis & Vassallis Comitum. | |
| XIV. Ut nullus audeat præstare adju- | |

& populo eligantur & constituantur ad sua ministeria exercenda.

XXIII. Si verò Advocatus sacramentum contra alium habuerit, & jurare non potest, propter hoc beneficium suum non perdat.

XXIV. De debitis pauperum anterioribus & negotia faciendâ antequam fructus colligatur, omnino inantea cavenda hoc ex ore proprio locuti sumus. Vnusquisque præfenti anno sive libero sive servo suum de famis inopia adiutorium præbeat.

111. 37. XXV. Vt loca ubi placita esse debent bene restaurata fiant, sicut ore proprio diximus, quò in hiberno & in æstate ad placita observanda usus esse possit.

XXVI. De traditionibus, ut in abscondito non fiant propter contentiones diversas.

XXVII. Vt nullas comparationes faciat cum paupere dolosè, nisi per justitiam.

XXVIII. Vt postquam quisque ad mortem fuerit judicatus, neque iudex fiat, neque Scabinus, neque testis, nec ad sacramentum recipiatur; sed unde alij jurare debent, ipse semper ad iudicium Dei examinandus accedat.

111. 38. XXIX. Sacramenta verò quæ ad palatium fuerint iudicata, ibidem finiuntur. Et si consacramentales homines cum ipso venire renuerint, iussione dominica aut indiculo ad palatium venire cogantur.

Ibid. 47. XXX. De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem iudicati fuerint, & postea eis vita fuerit concessa, si ipsi justitiam ab aliis requisierint, aut ab eis justitiam quarere voluerint, qualiter inter illos iudicium terminetur. Primò omnium de illis causis pro quibus iudicatus fuit ad mortem, nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suæ secundum iudicium Francorum in publico fuerunt revocate. Et si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere poterit, in sua libertate teneat, &

defendat secundum legem. In testimonio non suscipiatur, nec inter Scabinos ad legem iudicandam locum teneat. Et si ad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit quod jurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, cum armis contendat.

XXXI. Si alicui post iudicium Scabiniorum fuerit vita concessa, & ipse in postmodum aliqua mala perpetraverit, & justitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus sit & ideo justitiam reddere non debeat, statutum est ut superius iudicium sustineat quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliquid malè fecerit, secundum æquitatis ordinem licentiam habeat suam justitiam requirendi de causis perpetratis postquam ad mortem iudicatus est. De præteritis maneat sicut supra dijudicatum fuit.

XXXII. Vt Comes qui latrones in forbanno miserit, vicinis suis Comitibus notum faciat eundem latronem esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.

XXXIII. Vt nullus quislibet Missus noster, neque Comes, neque iudex, aut Scabinus, cuiuslibet justitiam dilatare præsumat, si statim adimpleta poterit esse secundum recitandam; neque præmia pro hoc à quolibet homine per malum ingenium accipere præsumant.

XXXIV. Vt nemo propter cupiditatem pecuniæ & propter avaritiam suam prius det pretium & futuram coemptionem sibi præparet ut duplum vel triplum tunc recipiat. Sed tunc tantum quando fructus præfens est, illos comparet.

XXXV. De hospitalitate & susceptio- ne iterantium tam Missorum nostrorum quam reliquorum bonorum hominum.

XXXVI. Quòd Missos nostros ad vicem nostram mittimus.

XXXVII. De illis qui vinum & annonam vendunt antequam colligantur, & per hanc occasionem pauperes efficiuntur.



CAPITVLARE SECVNDVM
 ANNI DCCCIX.

Nunc primum editum ex veteri codice Navarrico MS.

CAPITVLA QVÆ DOMNVS KAROLVS CONSTITVIT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E hominibus ad mortem dijudicatis, & postea eis vita concessa, si iustitiam quaesierint.
2. De homine cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.
3. De latrone forbannito.
4. De Comite latronem in forbannum mittente.
5. De illis qui ad placitum banniri debeant.
6. De testibus, ad testimonium dicendum qualiter adhibeantur.
7. De iustitia cuiuslibet à nullo quolibet dilatanda.
8. De mercato.
9. De non cogendo ad pontem ire causa telonei.
10. De hoc si Presbyter sanctam chrisma dederit ad iudicium subvertendum.
11. De Iudicibus, Advocatis, Prepositis, & reliquis ministris, quales sint.
12. De cavenda cupiditate & avaritia.
13. De mallo publico.
14. De sacramentis ad palatium adhibitis.
15. De hospitalitate & susceptione itinerantium.
16. Ne quis annonam suam vendat antequam colligatur.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De hominibus ad mortem dijudicatis, & postea eis vita concessa, si iustitiam quaesierint.

111. 47. **I.** DE illis hominibus qui propter culpas eorum ad mortem dijudicati fuerint, & postea vita eis fuerit concessa, si ipsi iustitiam ab aliis requisierint, aut ab eis iustitiam requirere voluerint, qualiter inter eos iudicium terminetur. Primum omnium de illis causis pro quibus iudicatus fuerit ad mortem nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt revocate. Et si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat & defendat secundum legem. In testimonium non suscipiatur, neque inter Scabinos legem teneat. Et si ad sacramentum aliquod ei iudicatum fuerit quod jurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, armis contendat.

Tom. I.

De homine cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.

II. Si alicui post iudicium Scabinorum fuerit vita concessa, & ipse in postmodum aliqua mala perpetraverit, & iustitias reddere noluerit, quod mortuus est dicendo & ideo iustitias reddere non debeat, statuendum est ut superius iudicium sustineat quod antè sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliqua mala fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi de causis perpetratis postquam ad mortem dijudicatus est. De praeteritis maneat sicut supra iudicatum fuerit.

De latrone forbannito.

III. De latrone forbannito, Ibid. 49.

De Comite latronem in forbannum mittente.

IV. Ut Comes qui latronem in forbannum miserit, aliis Comitibus notum faciat eundem latronem à se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant. Ibid. 50.

G g ij

De illis qui ad placitum banniri debeant.
Ibid. 40. V. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabinis & Vassis Comitum, nisi qui causam suam querere debet ac respondere.

De testibus, ad testimonium dicendum qualiter adhibeantur.
Ibid. 51. VI. Ut testes ad testimonium præmio vel pretio non conducantur. Et ut nullus testimonium dicat aut sacramentum juret nisi jejunus. Et ut testes, priusquam jurent, separatim discutiantur quid dicere velint de illa re unde testimonium reddere debent.

De justitia cuiuslibet à nullo quolibet dilatanda.
Ibid. 53. VII. Ut nullus quislibet Missus noster, neque Comes, iudex, aut Scabinus quislibet justitiam dilatare præsumat, cum statim adimpleta potuerint esse secundum rectitudinem; neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium malum præsumat.

De mercato.
I. 139. VIII. Ut mercatum in die dominico in nullo loco haberi nisi ubi antiquitus fuit & legitime esse debet.

De non cogendo ad pontem ire causa telonei.
III. 54. IX. Ut nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium transeundum propter telonei causas, quando in alio loco ille compendiosius illud flumen transire potest. Similiter in plano campo, ubi nec pons nec trejectus est, ibi omnimodis præcipimus ut non teloneum exigatur.

De hoc si Presbyter sanctum chrisma dederit ad iudicium subvertendum.
Ibid. 55. X. Ut Presbyter qui sanctum chrisma

donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo fuerit expoliatus, manum amittat.

De Iudicibus, Advocatis, Præpositis, & reliquis ministris, quales sint.

XI. Ut iudices, Advocati, Centenarij, Præpositi, Vicarij, Scabini quales meliores inveniri possunt constituantur ad ministeria sua exercenda.

De cavenda cupiditate & avaritia.

XII. Ut nemo propter cupiditatem pecunie & propter avaritiam suam prius det pretium & futuram coëmptionem sibi præparet ut duplum vel triplum tunc recipiat; sed tunc quando fructus præfens est, illum comparet.

De mallo publico.

XIII. Ut in locis ubi mallus publicus haberi solet rectum tale constituatur quod in hiberno & in ætate observandus esse possit.

De sacramentis ad palatium adhramitis.

XIV. Ut sacramenta quæ in palatio fuerint adhramita in palatio perficiantur. Et si consacramentales homines cum ipso venire renuerint, iussione dominica aut indiculo aut sigillo venire cogantur.

De hospitalitate & susceptione itinerantium.

XV. De hospitalitate & susceptione itinerantium tam Missorum nostrorum quam reliquorum bonorum hominum. Ne quis annonam suam vendat antequam colligatur.

XVI. De hiis qui annonam & vinum vendunt antequam colligantur, & per hanc occasionem pauperes efficiuntur.



CAPITVLARE PRIMVM
ANNI DCCCX.

Nunc primùm editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

CAPITVLA QVÆ ANNO DECIMO IMPERII DOMNI
KAROLI SERENISSIMI AVGVSTI AQVIS
PALATIO COMMONITA SVNT.

- III. 59. I. DE clamatoribus qui magnum impedimentum faciunt in palatio ad aures Domni Imperatoris, ut Missi sive Comites illorum Missos transmittant contra illos qui mentiendo vadunt, ut eos convincant.
- App. II. 18. II. Vt ante Vicarium & Centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur aut adquiratur, nisi semper in præsentia Missorum imperialium, aut in præsentia Comitum.
- Ibid. 29. III. De homicidiis factis anno præsentis inter vulgares homines, quæ propter pulverem mortalem acta sunt.
- I. 159. IV. Vt sacerdotes admoneant populum ut eleemosynam dent & orationes faciant propter diversas plagas quas assidue pro peccatis patimur.
- Ibid. 160. V. Vt ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum prædicare & docere studeat plebem sibi commissam.
- Ibid. 161. VI. De ebrietate, ut primùm omnium seniores semetipfos exinde vetent, & eorum junioribus exemplum bonæ sobrietatis ostendant.
- Ibid. 162. VII. Admonendi sunt omnes generaliter, secundum evangelicam auctoritatem, ut sic luceant opera vestra coram hominibus ut glorificent patrem vestrum qui in caelis est.
- Ibid. 160. VIII. De fugitivis qui per diversas provincias detenti & occultati contra præceptum Domni Imperatoris sunt, ut qui eos post præteritum tempus susceperit aut retinet, bannum dominicum componat.
- IX. De pace & iustitia infra patriam, sicut sæpe per alia capitula iussi adimpletum fiat.
- X. De latronibus qui magnam habent blasphemiam, quicumque aliquem ex ipsis comprehenderit, nullum damnum exinde patiatur.
- XI. De heribanno, ut diligenter inquirent Missi qui hostem facere potuit & non fecit, ipsum bannum componat, si habet unde componere possit. Et si non habuerit unde componere valeat, reuadiatum fiat & inbreuiatum, & nihil pro hoc exactatum fiat usque dum ad notitiam Domni Imperatoris veniat.
- XII. Herisiz qui factum habent, per fidei iussores ad Regem mittantur.
- XIII. De beneficiis destructis & alodibus restauratis.
- XIV. De freda exigenda.
- XV. De materiamine ad naves facienda.
- XVI. De vulgari populo, ut unusquisque suos juniore distingat, ut melius ac melius obediant & consentiant mandatis & præceptis imperialibus.
- XVII. De eleemosyna mittenda ad Hierusalem propter Ecclesias Dei restaurandas.
- XVIII. Vt nullus hominibus maligenis consentiat, sed magis, in quantum potest, resistat. Vt pauperes, orphani, & viduæ, & Ecclesiæ Dei pacem habeant.



CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCX.

Nunc primùm editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

ITEM DE ANNO X.

- I. DE tribulatione generali quam patimur omnes, id est, de mortalitate animalium & ceteris plagis.
- II. De prædicatione per singulas parochias.
- III. De evangelio, ut luceat lux vestra coram hominibus.
- IV. De omnibus vitiis & ebrietate fugiendum.
- V. De semetipso & sua familia uniusquisque corrigenda.
- VI. De orationibus in vicem faciendis.
- VII. De innocentibus occisis inquirendum.
- VIII. De clamatoribus, quomodo castigentur.
- IX. De beneficiis non bene conditiis inquirendum.
- X. De mendacio & perjurio cavendo.
- XI. De heribanno exigendo.
- XII. De pauperibus qui minimè solvere possunt.
- XIII. De freda exigenda.
- XIV. De his qui heresiz fecerunt, ut fidejussores donent.
- XV. De rebus & mancipiis, ut ante Vicarios & Centenarios non conquirantur.
- XVI. De latronibus, quomodo distringantur.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCX.

S I V E

CAPITVLA DE INSTRVCTIONE MISSORVM.

Nunc primùm editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

C A P. I.

VT tales sint Missi in legatione sua sicut decet esse ministros Imperatoris strenuos, & perficiant quod eis injunctum fuerit. Aut si non potuerint, Domino Imperatori notum faciant quæ difficultas eis resistat ne illud perficere possint.

I I.

Vt quicquid de ejus iussione cuilibet præcipere & commendare debent pote-

stativè annuntient atque præcipiant. Et non sibi faciant socios inferioris ordinis homines, qui semper inde retro res qualescunque tractare volunt, sed illos sibi faciant qui ad effectum unamquamque rem deduci cupiunt.

I I I.

Quando justitiam pauperibus facere iusserint, semel aut bis præcipiant ut justitia facta fiat. Tertia vice, si nondum factum est, ipsi pergant ad locum & ad hominem

qui iustitiam facere noluit, & cum virtute tollant ab eo quod iniuste alteri tulit, & reddant illi cuius per iustitiam esse debuit.

I V.

Vt qui bannum Domni Imperatoris vel freda dare debet, accipiatur illa solutio, & ad eum inferatur, ut ipse tamen det cuique ei placuerit.

V.

Quicumque illis iustitiam facere volentibus resistere conatus fuerit, Domno Imperatori annuntiet. Similiter quicumque contra iustitiam alterum in placito defendere voluerit, legitimam poenam incurrat, cuiuslibet homo sit, sive Domni Imperatoris, sive cuiuslibet filiorum & filiarum vel ceterorum potentium hominum.

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCCXI.

S I V E

Capitulare interrogationis de iis qua Karolus Magnus pro communi omnium utilitate interroganda constituit.

DE INTERROGATIONE DOMNI IMPERATORIS DE ANNO XI.

In primis separare volumus Episcopos, Abbates, & Comites nostros, & singulariter illos alloqui.

CAP. I.

Quae cause efficiunt ut unus alteri ad iutorium praestare nolit, sive in marcha, sive in exercitu, ubi aliquid utilitatis defensione patriae facere debet.

II.

Vnde illae frequentissimae causationes, in quibus unus alteri querit quicquid patrem suum viderit possidentem.

III.

De eo quod quilibet alterius hominem ad se fugientem suscipit.

IV.

Interrogandi sunt in quibus rebus vel locis ecclesiastici laici aut laici ecclesiasticis ministerium suum impediunt. In hoc loco discutiendum est atque interveniendum in quantum se Episcopus aut Abbas rebus secularibus debeat inferere, vel in quantum Comes vel alter laicus in ecclesiastica negotia. Hic interrogandum est acutissime quid sit quod Apostolus ait *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, vel ad quos sermo iste pertineat.

V.

Quid sit quod unusquisque Christianus

in baptismo promittat, vel quibus abrenuntiet.

VI.

Quae sectando vel negligendo ipsam suam renuntiationem vel abrenuntiationem irritam faciat.

VII.

Quod ille bene in Deum non credit qui praecipua eius impune se contemnere putat, vel qui ea quasi non ventura despicit quae ille comminatus est.

VIII.

Quod in nobis despiciendum est utrum verè Christiani sumus. Quod in consideratione vitae vel morum nostrorum facillimè cognosci potest, si diligenter conversationem coram discutere voluerimus.

IX.

De vita & moribus pastorum nostrorum, id est, Episcoporum, qui populo Dei non solum docendo, sed etiam vivendo, exemplum bonum dare debent. Ipsi namque Apostolorum dixisse credimus ubi dicit: *Imitatores mei estote, & observate eos Philip. 4. qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.*

X.

De vita eorum qui dicuntur Canonici, qualis esse debeat.

X I.

De conversatione monachorum, & utrum aliqui monachi esse possint præter eos qui regulam sancti Benedicti observant. Inquirendum etiam si in Gallia monachi fuissent priusquam traditio regulæ

sancti Benedicti in has parrochias pervenisset.

X II.

Ista conservetis sicut vobis decet & in vobis confido, piissimi Pontifices, & in quantum investigare possum, vobis mittere seu scribere non dubito. Bene valete in Domino.

CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCXI.

Item brevis capitulorum quibus fideles nostros Episcopos & Abbates alloqui volumus & commonere de communi omnium nostrum utilitate.

C A P. I.

Primò commemorandum est quòd anno præterito tria tridua jejunia fecimus, Deum orando ut ille nobis dignaretur ostendere in quibus conversatio nostra coram illo emendari debuisset, quod nunc facere desideramus.

I I.

Quærendum est in primis Ecclesiasticis, id est, Episcopis & Abbatibus, ut illi nobis patefaciant de conversatione sua qualiter vivere debeant, ut cognoscere valeamus cui de illis aut bonum aut aliud aliquid refræni credere debeamus; & ut scire possimus in quantum cuilibet Ecclesiastico, id est, Episcopo, vel Abbati, seu monacho, secularibus negotiis seingerere, aut quod propriè pertineat ad illos qui dicuntur & esse debent pastores Ecclesiæ patrèsque monasteriorum, ut aliud ab eis non queramus quàm quod ipsis facere licet; & ut quislibet ex eis à nobis ea non querat in quibus eis consentire non debemus.

I I I.

Interrogare volumus ipsos Ecclesiasticos, ut qui scripturas sanctas non solum ipsi discere sed etiam alios docere debent, qui sint illi quibus Apostolus loquitur, *Imitatores mei estote*, vel quis ille de quo idem dicit, *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, aut qualiter Apostolus sit imitandus, vel quomodo Deo militet.

Philip. 3.
1. Tim. 2.

I V.

Iterum inquirendum ab eis ut nobis ve-

raciter patefaciant quid sit quod apud eos dicitur seculum relinquere, vel in quibus internosci possint hi qui seculum relinquunt ab his qui adhuc seculum sectantur; utrum in eo solo quòd arma non portant, nec publicè conjugati sunt.

V.

Inquirendum etiam si ille seculum dimissum habeat qui cotidie possessiones suas augere quolibet modo qualibet arte non cessat, suadendo de cœlestis regni beatitudine, comminando de æterno supplicio inferni, & sub nomine Dei aut cuiuslibet sancti tam divitem quàm pauperem, qui simplicioris naturæ sunt, & minus docti atque cauti inveniuntur, si rebus suis expoliant, & legitimos heredes eorum exheredant, ac per hoc plerisque ad flagitia & scelera propter inopiam, ad quam per hoc fuerint devoluti, perpetranda compellunt, ut quasi necessario furta & latrocinia exercent, cui paternarum [rerum] hereditas, ne ad eum perveniret, ab alio prærepta est.

V I.

Iterum inquirendum quomodo seculum reliquisset qui cupiditate ductus propter adipiscendas res quas alium vidit possidentem, homines ad perjuriam & falsa testimonia pretio conducit, & Advocatum sive Præpositum non iustum ac Deum timentem, sed crudelem ac cupidum ac perjuriam parvipendentem inquirat, & ad inquisitionem rerum non qualiter, sed quanta adquirat.

V I I.

Quid de his dicendum qui quasi ad amorem

amorem Dei & sanctorum, sive martyrum, sive confessorum, ossa & reliquias sanctorum corporum de loco ad locum transferunt, ibique novas basilicas construunt, & quoscunque potuerint, ut res suas illuc tradant, instantissimè adhortantur. Ille siquidem vult ut videatur quasi bene facere, sc̄que propter hoc factum bene meritum apud Deum fieri, quibus potest persuadere Episcopis. Palam fit hoc ideo factum ut ad aliam perveniat potestatem.

VIII.

Miramur unde accidisset ut is qui se confitetur seculum reliquisse, neque omnino vult consentire ut ipse à quolibet secularis vocetur, armatus homo cum sit, & propria velit retinere, & ad eos qui nondum in totum seculum renuntiaverunt hoc pertineat, ad ecclesiasticos verò quomodo justè pertineat penitus ignoramus, nisi illi nobis insinuaerint qui hæc quasi licita usurpare non dubitant.

IX.

Quid unusquisque Christo in baptismo promittat, vel quibus causis abrenuntiet, ut quamvis unicuique Christiano considerandum sit, specialiter tamen ab ecclesiasticis inquirendum, qui laicis ipsius promissionis & abrenuntiationis in sua vita exemplum præbere debent. Hic diligentissimè considerandum est, & acutissimè distinguendum, quæ sectando, vel quæ neglegendo, unusquisque nostrum ipsam suam promissionem & abrenuntiationem vel conservet vel irritam faciat. Et quis sit ille Satanas, sive adversarius, cujus opera vel pompas in baptismo renuntiavimus. Hic autem conspiciendum est ne perversa unusquisque faciendo, illum quislibet nostrum sequatur cui jamdudum in baptismo renuntiavimus.

X.

In quo canonum vel in cujus sancti patris regula constitutum sit ut invitus quislibet aut Clericus aut monachus fiat, aut

ubi Christus præcepisset aut quis Apostolus prædicasset ut de nolentibus & invitis & vilibus personis congregatio fieret in Ecclesia vel Canonicorum vel monachorum.

XI.

Quam utilitatem conferat Ecclesie Christi quòd is qui pastor vel magister nec cujuscunque venerabilis loci esse debet, magis studet in sua conversatione habere multos quam bonos, & non tantum probis quam multitudine hominum delectatur, plus studet ut suus Clericus vel monachus bene cantet & legat quam justè & beatè vivat. Quamquam non solum minime in Ecclesia contemnenda sit cantandi vel legendi disciplina, sed etiam omnimodis exercenda. Sed si utrumque cuilibet venerabili loco accedere [non] potest, tolerabilius tamen nobis videtur ferendum imperfectione cantandi quam vivendi. Et quamvis bonum sit ut Ecclesie pulchra sint ædificia, præferendus tamen est ædificiis bonorum morum ornatu & culmen: quia, in quantum nobis videtur, structio basilicarum veteris legis quandam trahit consuetudinem, morum autem emendatio propriè ad novum testamentum & Christianam pertinet disciplinam. Quòd si Christus & Apostoli, & qui Apostolos rectè secuti sunt, in ecclesiastica disciplina sunt sequendi, aliter nobis in multis rebus faciendum est quam usque modò fecissemus, multa de usu & consuetudine nostra auferenda, & non minus multa, quæ hactenus non fecimus, facienda.

XII.

Quæ regula monachi vixissent in Gallia priusquam regula sancti Benedicti in ea tradita fuisset, cum legamus sanctum Martinum & monachum fuisse & sub se monachos habuisse, qui multò ante sanctum Benedictum fuit.

XIII.

De sanctimonialium & ancillarum Dei conversatione.



EPISTOLA GENERALIS

AD ARCHIEPISCOPOS REGNI FRANCORVM.

Data, ut viderur, eodem anno quo superiora duo
Capitularia interrogationis.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Karolus serenissimus Augustus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, [Romanorum] gubernans imperium, qui & misericordia Dei Rex Francorum & Longobardorum, Odilberto Archiepiscopo in Domino salutem. Sæpius tecum immo & cum ceteris collegis tuis familiare colloquium de utilitate sanctæ Dei Ecclesiæ habere voluissemus, si absque molestia corporali id efficere potuisses. Sed quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus quin tuam devotionem sancto incitante Spiritu nostris apicibus compellamus atque commoneamus ut magis ac magis in sancta Dei Ecclesia studiosè ac vigilantibus cura laborare studeas in prædicatione sanctæ & doctrina salutari: quatenus per tuam devotissimam sollicitudinem verbum vitæ æternæ crescat & currat, & multiplicetur numerus populi Christiani in laudem & gloriam salvatoris nostri Dei. Nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus qualiter & tu & suffraganei tui doceatis & instruatis Sacerdotes Dei & plebem vobis commissam de baptismi sacramento, id est, cur primò infans catechumenus efficitur, vel quid sit catechumenus, deinde per ordinem omnia quæ aguntur. De scrutinio, quid sit scrutinium. De symbolo, quæ sit ejus interpretatio secundum Latinos. De credulitate, quomodo credendum sit in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum Filium ejus, & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, & cetera quæ sequuntur in eodem symbolo. De abrenuntiatione Satanæ & omnibus operibus ejus & pompis. Quid sit abrenuntiatione, & quæ opera diaboli & pompæ ejus. Cur insufflatur, & cur exorcizatur. Cur catechumenus accipit salem. Quare tangantur nares, pectus unguatur oleo, cur scapulæ signantur, & quare pectus & scapulæ lavantur. Cur albis induitur vestimentis; cur sacro chrismate caput perungitur, & mystico tegitur velamine, & cur corpore & sanguine dominico confirmatur. Hæc omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus, nuntiare satage; & si ita teneas & prædices, aut si in hoc quod prædicas te ipsum custodias. Bene vale, & ora pro nobis.



CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCXI.

Nunc primum editum ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino bibliothecae Vaticanae, altero sancti Vincentij Metensfis.

ITEM VNDE SVpra DE ANNO VNDECIMO.

De causis propter quas homines exercitalem obeditionem dimittere solent.

C A P. I.

IN primis discordantes sunt, & dicunt quòd Episcopi, Abbates, & eorum Advocati potestatem non habeant de eorum tonsis Clericis & reliquis hominibus. Similiter & Comites de eorum pagensibus non habeant potestatem.

I I.

Quòd pauperes se reclamant expoliatos esse de eorum proprietate. Et hoc aequaliter clamant super Episcopos & Abbates & eorum Advocatos, & super Comites & eorum Centenarios.

I I I.

Dicunt etiam quòd quicumque proprium suum Episcopo, Abbati, vel Comiti, aut Iudici, vel Centenario dare nolent, occasiones quærunt super illum pauperem quomodo eum condemnare possint, & illum semper in hostem faciant ire usque dum pauper factus volens nolens suum proprium tradat aut vendat, alij verò qui traditum habent, absque ullius inquietudine domi resideant.

I V.

Quòd Episcopi, & Abbates, sive Comites, dimitunt eorum liberos homines ad causam in nomine ministerialium. Similiter & Abbatissae. Hi sunt falconarij, venatores, telonearij, Præpositi, Decani, & alij qui Missos recipiunt & eorum sequentes.

V.

Dicunt etiam alij quòd illos pauperiores constringant & in hostem ire faciunt, & illos qui habent quod dare possint ad propria dimittant.

V I.

Dicunt ipsi Comites quòd alij eorum pagenses non illis obediant, nec bannum Domni Imperatoris adimplere volunt, dicentes quòd contra Missos Domni Imperatoris pro heribanno debeant rationem reddere. Nam non contra Comitem, etiam si Comes suam domum illi in bannum miserit, nullam exinde habeat reverentiam, nisi intret in domum suam, & faciat quaecunque ei libitum fuerit.

V I I.

Sunt etiam alij qui dicunt se esse homines Pippini & Chluduici, & tunc profitentur se ire ad servitium dominorum suorum quando alij pagenses in exercitum pergere debent.

V I I I.

Sunt iterum & alij qui remanent, & dicunt quòd seniores eorum domi resideant, & debeant cum eorum senioribus pergere ubicunque iussio Domni Imperatoris fuerit. Alij verò sunt qui ideo se commendant ad aliquos seniores quos sciunt in hostem non profecturos. Quòd super omnia magis sunt inobedientes ipsi pagenses Comiti & Missis decurrentibus quam antea fuissent.

I X.

De illis hominibus qui parentes eorum, matrem, aut materteram, aut patrualem, aut quemlibet de sua genealogia occidunt, ut per illos non fiant conquesti. Sunt & alij qui de ipsa genealogia non debent esse inclinati, attamen fiunt propter illam occasionem inclinati.

Tom. I.

Hh ij

Breviarium divisionis thesaurorum Karoli Magni Imperatoris, quam post obitum suum observari iussit.

Eginbartus in vita Karoli Magni.

Divisionem thesaurorum & pecuniæ ac vestium, aliarumque suppellectilium, coram amicis & ministris suis annis tribus antequam decederet fecit, contestatus eos ut post obitum suum à se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret; quidque ex his quæ diviserat fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio ac textus talis est.

IN nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus sancti. Incipit descriptio atque divisio quæ facta est à gloriosissimo atque piissimo Domino Karolo Imperatore Augusto anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCXI. anno verò regni ejus in Francia XLIII. & in Italia XXXVI. imperij autem XI. Indictione quarta, quam pia & prudenti consideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit, de thesauris suis atque pecunia quæ in illa die in camera ejus inventa est. In qua illud præcipue præcavere voluit, ut non solum elemosynarum largitio, quæ solemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam ut heredes sui, omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet liquidò cognoscerent, & sine lite atque contentione sua inter se competenti partitione dividere potuissent. Hac igitur intentione atque proposito omnem substantiam atque suppellectilem suam, quæ in auro & argento gemmisque & ornatu regio in illa, ut dictum est, die in camera ejus inveniri poterat, primò quidem trina divisione partitus est, deinde easdem partes subdividendo, de duabus partibus viginti & unam partem fecit, tertiam integram reservavit. Et duarum quidem partium in viginti & unam partem facta divisio tali ratione consilii ut quia in regno illius metropolitana civitates viginti & una esse noscuntur, unaquæque illarum partium ad unamquamque metropolim per manus heredum & amicorum suorum elemosynæ nomine perveniat, & Archiepiscopus qui tunc illius Ecclesiæ rector exstiterit, partem quæ ad suam Ecclesiam data est suscipiens,

cum suis suffraganeis partiat, eo scilicet modo ut tertia pars suæ sit Ecclesiæ, duæ verò partes inter suffraganeos dividantur. Harum divisionum, quæ ex duabus primis partibus factæ sunt, & juxta metropoleorum civitatum numerum viginti & una esse noscuntur, unaquæque ab altera sequestrata, semotim in suo repositoryo cum superscriptione civitatis ad quam perferenda est, recondita jacet. Nomina verò metropoleorum ad quas eadem elemosyna sive largitio facienda est, hæc sunt. Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Iulij, Gradus, Colonia, Moguntiacus, Iuvavum, quæ & Saltzburgus, Treveris, Senonas, Vefontion, Lugdunum, Rotomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantasia, Ebrodunum, Burdegala, Turones, Bituricas. Unius autem partis, quam integram reservari voluit, talis est ratio ut illis duabus in supradictas divisiones distributis, & sub sigillo reconditis, hæc tertia in usu cotidiano servaretur, velut res quam nulla voti obligatione à dominio possidentis alienatam esse constaret, & hoc tamdiu quoadusque velille mansisset in corpore, vel usum ejus sibi necessarium judicaret. Post obitum verò suum aut voluntariam secularium rerum carentiam, eadem pars quatuor subdivisionibus secaretur, & una quidem earum supradictis viginti & unæ partibus adderetur, altera verò à filiis ac filiabus suis filiiisque ac filiabus filiorum suorum adsumpta, iusta & rationabili inter eos partitione divideretur, tertia verò consueto Christianis more in usum pauperum fuisset erogata, quarta simili modo nomine elemosynæ in servorum & ancillarum usibus palatii famulantium sustentatione distributa veniret. Ad hanc tertiam totius sum-

ma portionem, quæ similiter ut cetera ex auro & argento constat, adjungi voluit omnia ex aere & ferro aliisque metallis vasa atque utensilia, cum armis & vestibus, aliisque aut pretioso aut vili ad varios usus facto suppellectili, ut sunt cortinae, stragula, tapetia, filtra, coria, fagmata, & quicquid in camera atque vestiario ejus eo die fuisset inventum, ut ex hoc majores illius partis divisiones fierent, & erogatio elemosynæ ad plures pervenire potuisset. Capellam, id est ecclesiasticum ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quam quod ad eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem inveniuntur aut vasa aut libri aut alia ornamenta quæ liquidò constaret eidem capellæ ab eo conlata non fuisse, hæc qui habere vellet, dato justæ estimationis pretio emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, statuit ut ab his qui eos habere vellet justo pretio fuissent redempti, pretiūque in pauperes erogatum. Inter ceteros thesauros atque pecuniam tres mensas argenteas & unam auream præcipuæ magnitudinis & ponderis esse constat. De quibus statuit atque decrevit ut una ex eis, quæ forma quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanæ continet, inter cetera donaria quæ ad hoc deputata sunt, Romanam ad basilicam beati Petri Apostoli de-

feratur, & altera, quæ forma rotunda Romane urbis effigie figurata est, Episcopo Ravennatis Ecclesiæ conferatur, tertiam, quæ ceteris & operis pulchritudine & ponderis gravitate multum excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi descriptionem subtili ac minuta figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta esse dicta est, in tertiam illius & inter heredes suos atque in elemosynam dividendæ partis augmentum esse constituit. Hanc constitutionem atque ordinationem coram Episcopis, Abbatibus, Comitibusque, qui tunc præsentibus esse potuerunt, quorumque hic nomina descripta sunt, fecit atque constituit.

Episcopi, Hildebaldus, Richolfus, Arno, Vvolfarius, Bernoinus, Laidradus, Iohannes, Theodulfus, Iesse, Hetto, Huvalcaudus.

Abbatibus, Fridegifus, Adalungus, Engilbertus, Irmino, Georgius, Theodaldus, Adalelmus, Lautfredus. Comites, Vvalach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Hunruocus, Burchardus, Maginhardus, Hatto, Richuinus, Eddo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegerus, Hrocholfus.

Hæc omnia filius ejus Hludouicus, qui divina ei iussione successit, inspecto eodem breviario, quam celerrimè poterat, post ejus obitum summa devotione adimplere curavit.

CAPITVLARE PRIMVM

ANNI DCCCXII

Brevis capitulorum quam Missi dominici habere debent ad exercitum promovendum.

C A P. I.

VT omnis liber homo qui quatuor mansos vestitos de proprio suo sive de alicujus beneficio habet, ipse se præparet, & ipse in hostem pergat, sive cum seniore suo. Qui verò tres mansos de proprio habuerit, huic adjungatur unus qui unum mansum habeat, & det illi adjutorium ut ille pro ambobus ire possit. Qui autem

duos mansos tantum de proprio habet, jungatur illi alter qui similiter duos mansos habeat, & unus ex eis, altero illi adjuvante, pergat in hostem. Qui etiam unum tantum mansum de proprio habet, adjungatur ei tres qui similiter habeant, & dent ei adjutorium, & ille tantum pergat. Tres verò qui illi adjutorium dederunt, domi remaneant.

Hh ij

I I.

Volumus atque iubemus ut iidem Missi nostri diligenter inquirant qui anno præterito de hoste bannito transfissent super illam ordinationem quam modo superius comprehenso de liberis & pauperibus hominibus fieri iussimus. Et quicumque fuerit inventus qui nec parem suam ad hostem faciendum secundum nostram iussionem adjuvit, neque perrexit, heribannum nostrum pleniter reuadiet, & de solvendo illo secundum legem fidem faciat.

I I I.

Quod si forte talis homo inventus fuerit qui dicat quod iussione Comitis vel Vicarij aut Centenarij sui hoc quoque ipse semetipsum preparare debeat eidem Comiti vel Vicario aut Centenario vel quibuslibet hominibus eorum dedisset, & propter hoc illud iter dimississet, & Missi nostri hoc ita verum esse investigare potuerint, is per cuius iussionem ille remansit bannum nostrum reuadiet atque persolvat, sive sit Comes, sive Vicarius, sive Advocatus Episcopi atque Abbatis.

I V.

De hominibus Comitum casatis isti sunt excipiendi, & bannum reuadiare non iubeantur. Duo qui cum uxore illius domi dimissi fuerunt, & alij duo qui propter ministerium ejus custodiendum & servitium nostrum faciendum remanere iussi sunt. In qua causa modò præcipimus ut quanta ministeria unusquisque Comes habuerit, totiens duos homines ad ea custodienda domi dimittat, præter illos duos quos cum uxore sua. Ceteros verò omnes secum pleniter habeat. Vel si ipse domi remanserit, cum illo qui pro eo in hostem proficitur dirigantur. Episcopus verò vel Abbas duos tantum de casatis & laicis hominibus suis domi dimittant.

V.

De hominibus nostris & Episcoporum & Abbatum, qui vel beneficia vel talia propria habent ut ex eis secundum nostrum iussionem in hostem bene possint pergere, exceptis his quos eis secum domi remanere permisimus, si aliqui inventi fuerint qui vel pretio se redemissent, vel dominis suis permittentibus domi remansissent, bannum nostrum, sicut superius di-

ctum est, reuadiet, & fidem faciant ac persolvant. Domini verò eorum, qui eos domi remanere permiserunt, vel ministeriales eorum, qui ab eis pretium acceperunt, similiter bannum nostrum reuadiet, & fidem faciant, usque dum nobis fuerit annuntiatum.

V I.

Volumus ut Missi nostri diligenter inquirant in quibus locis hoc factum sit quod ad nos pervenit quòd quidam homines, postquam secundum nostram iussionem focis suis, qui in hostem perrexerunt, de stipendia sua adiutorium fecerunt, iubente Comite vel ministerialibus ejus propter se redimendum pretium dederunt ut eis domi remanere licuisset, cum illi in hostem ire non deberent, quia jam focis suis constitutum à nobis adiutorium dederunt. Hoc fiat investigatum & nobis nuntiatum.

V I I.

Volumus ut isti Missi nostri, qui hac legatione fungi debent, ab his hominibus conjectum accipiant qui in hostem pergere debuerunt & non perrexerunt. Similiter & à Comite vel Vicario vel Centenario qui ad hoc consenserunt ut illi domi remansissent. Necnon & ab omnibus prædictum conjectum accipiant qui anno præterito constitutam à nobis exercitibus itineris iussionem irritam fecerunt.

V I I I.

Istius Capitularij exemplaria quatuor volumus ut scribantur, & unum habeant Missi nostri, alterum Comes in cuius ministeriis hæc facienda sunt, ut aliter non faciant neque Missus noster neque Comes nisi sicut à nobis capitulis ordinatum est. Tertium habeant Missi nostri qui super exercitum nostrum constituendi sunt. Quartum habeat Cancellarius noster.

I X.

Volumus ut homines fidelium nostrorum, quos nobiscum ad servitium nostrum domi reservare iussimus, in exercitum ire non compellantur, sed aut ipsi domi remaneant, vel in servitio dominorum suorum. Neque heribannum reuadiare iubeantur illi homines qui anno præterito nobiscum fuerunt.



CAPITVLARE SECVNDVM
 ANNI DCCCXII.

*Nunc primum editum ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino
 bibliotheca Vaticanae, altero sancti Vincentij Metensis.*

CAPITVLA QVÆ DOMNVS IMPERATOR CONSTITVIT
 BONONIE, QVÆ EST IN LITTORE MARIS, ANNO REGNI
 SVI XLIV. MENSE OCTOBRIO, INDICIONE SEXTA.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|---|---|
| <p>1. DE libero homine in hostem bannito.
 2. De heribanno exaltando.
 3. De his qui regales habent honores, & in
 hostem banniti ad conditum placitum non
 venerint.
 4. De his qui sine licentia de hoste rever-
 tuntur.
 5. De his qui beneficia Principum habent.
 6. De non cogendo bibere in hoste.
 7. De vassis adhuc in palatio servientibus</p> | <p>& tamen beneficia habentibus.
 8. De preparatione ad hostem secundam
 antiquam consuetudinem.
 9. De his qui absque licentia Imperatoris
 domi remanent & in hostem non pergunt.
 10. De hoc ut non nisi permissione regali bru-
 nia vel gladius homini extraneo à quo
 liber datur aut vendatur.
 11. De navigio mittendo.</p> |
|---|---|

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De libero homine in hostem bannito.

III. 67. I. **Q**uicumque liber homo in hostem
 bannitus fuerit, & venire con-
 tempterit, plenum heribannum id est foli-
 dos sexaginta persolvat. Aut si non habuerit
 unde illam summam persolvat, semet-
 ipsum pro vadio in servitium Principis
 tradat donec per tempora ipse bannus ab
 eo fiat persolutus. Et tunc iterum ad sta-
 tum libertatis suæ revertatur. Et si ille ho-
 mo qui se propter heribannum in servitium
 tradidit, in illo servitio defunctus fuerit,
 heredes ejus hereditatem quæ ad eos per-
 tinet non perdant nec libertatem, nec de
 ipso heribanno obnoxij fiant.

De heribanno exaltando.

II. **V**t non pro aliqua occasione, nec
 vvacata, nec de scara, nec vvarda, nec pro
 heribergare, nec pro alio banno, heriban-
 num Comes exactare præsumat, nisi Mil-
 fus noster prius heribannum ad partem
 nostram recipiat, & ei suam tertiam exin-
 de per jussionem nostram donet. Ipse verò
 heribannus non exactetur neque in terris

neque in mancipiis, sed in auro & argen-
 to, palliis, atque armis, & animalibus,
 atque pecudibus, sive talibus speciebus
 quæ ad utilitatem pertinent.

*De his qui regales habent honores, & in ho-
 stem banniti ad conditum placitum non
 venerint.*

III. **Q**uicumque homo nostros habens
 honores in hostem bannitus fuerit, & ad
 conditum placitum non venerit, quot
 diebus post placitum conditum venisse
 comprobatus fuerit, tot diebus abstineat
 carnes & vino.

De his qui sine licentia de hoste revertuntur.

IV. **Q**uicumque absque licentia vel
 permissione Principis de hoste reversus
 fuerit, quod factum Franci herisiz di-
 cunt, volumus ut antiqua constitutio, id
 est, capitalis sententia, erga illum pu-
 niendum custodiatur.

De his qui beneficia Principum habent.

V. **Q**uicumque ex eis qui beneficium
 Principis habent, parem suum contra ho-
 stes communes in exercitum pergentem
 dimiserit, & cum eo ire aut stare noluerit,

honorem suum & beneficium perdat.

De non cogendo bibere in hoste.

Ibid. 72. VI. Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicumque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur ut in bibendo sola aqua utatur quousque se male fecisse cognoscat.

De vassis adhuc in palatio servientibus & tamen beneficia habentibus.

Ibid. 73. VII. De vassis dominicis qui adhuc intra casam serviunt, & tamen beneficia habere noscuntur, statum est ut quicumque ex eis cum Domino Imperatore domi remanserint, vassallos suos casatos secum non retineant, sed cum Comite cujus pagenses sunt ire permittant.

De preparatione ad hostem secundam antiquam consuetudinem.

Ibid. 74. VIII. Constitutum est ut secundum antiquam consuetudinem preparatio ad hostem faciendam indicaretur & servaretur, id est, victualia de marcha ad tres menses & arma atque vestimenta ita observari placuit ut his qui de Rheno ad Ligere pergunt, de Ligere initium victus sui computetur. Hi vero qui de Ligere ad Rhenum iter faciunt, de Rheno tres mensium victualia habenda esse dinoscant. Qui autem trans Rhenum & per Saxoniam pergunt, ad Libiam marcham esse sciant. Et qui trans Ligere manent, atque Hispaniam proficisci debent, montes Pyrenæos marcham sibi esse cognoscant.

De his qui absque licentia Imperatoris domi remanent & in hostem non pergunt.

IX. Quicumque liber homo inventus fuerit anno presente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur. Et si senior vel Comes illius eum domi dimisit, ipse pro eo eundem heribannum persolvat. Et tor heribanni ab eo exigantur quot homines domi dimisit. Et quia anno presente unicuique seniori duos homines domi dimittere concessimus, illos volumus ut Missis nostris ostendant, quia his tantummodo heribannum concedimus.

De hoc ut non nisi permissione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet datur aut vendatur.

X. Constitutum est ut neque Episcopi, neque Abbates, neque Abbatissa, vel quilibet rector Ecclesie, bruniam vel gladios sine nostro permisso cuilibet homini extraneo aut dare aut venundare presumat, nisi tantum vassallis suis. Et si evenit ut in qualibet Ecclesia vel sancto loco plures brunias habeat quam ad homines rectores ejusdem Ecclesie sufficient, tunc Principem idem rector Ecclesie interroget quid de his fieri precipiat.

De navigio mittendo.

XI. Ut quodcumque navigium mittere volumus, ipsi seniores in ipsis navibus pergant, & ad hoc sint preparati.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCXII.

Nunc primam editum ex iisdem codicibus MSS.

ITEM CAPITVLA QVÆ PRO IVSTITIIS INFRA
PATRIAM FACIENDIS CONSTITVTA SVNT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E causarum & litium terminis.
2. De Episcopis, Comitibus, & potentioribus, si causam inter se habuerint.
3. De testibus ad rem quamlibet discutendam eligendis.
4. De placito Centenarij.
5. De inquisitione & descriptione cuiusvisque Milli in suo missatico.
6. De beneficiis, qualiter condicenda sint.
7. De beneficiis Episcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fisis regalibus describendis.

8. De

8. De legationibus propter iustitias, quo tempore exerceantur.
9. De iustione dominica in quolibet missatico non adimpleta.
10. De censu regali inquirendo.
11. De rebus de quibus census ad partem Regis exire solebat.
12. De placitis à Missis dominicis Comitibus notum faciendis.
13. De fidelitate Regi promittenda.

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De caularum & litium terminis.

111. 76. I. DE termino caularum & litium statuimus ut ex quo bonæ memoriæ Domnus Pippinus Rex obiit, & nos regnare cepimus, causæ vel lites inter pares factæ atque exortæ discutiantur & congruo sibi iudicio terminentur. Prius verò, id est, ante obitum prædicti Domni Pippini Regis, causæ commissæ, vel omnino non moveantur, vel salvæ usque ad interrogationem nostram referentur.

De Episcopis, Comitibus, & potentioribus, si causam inter se habuerint.

111. 77. II. Ut Episcopi, Abbates, Comites, & potentiores quique, si causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram jubeantur venire præsentiam, neque illorum contentio aliubi finiatur, neque propter hoc pauperum & minus potentium iustitiæ remaneant. Neque Comes palatii nostri potentiores causas sine nostra iustione finire præsumat, sed tantum ad pauperum & minus potentium iustitias faciendas sibi sciat esse vacandum.

De testibus ad rem quamlibet discutendam eligendis.

111. 78. III. Ut quodcumque testes ad rem quamlibet discutendam querendi atque eligendi sunt, à Misso nostro & à Comite in cujus ministerio de rebus qualibuscunque agendum est tales eligantur quales optimi in ipso pago inveniri possunt. Et non liceat litigatores per plurima falso testes adducere, sicut hæcenus fieri solebant.

De placito Centenarij.

111. 79. IV. Ut nullus homo in placito Centenarij neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia judicetur. Sed ista aut in præsentia Comitis vel Missorum nostrorum judicentur.

De inquisitione & descriptione uniuscujusque Missi in suo missatico.

111. 80. V. Ut Missi nostri diligenter inquireant & describere faciant uniuscujusque in missatico quid uniuscujusque de beneficio ha-

beat, vel quot homines casatos in ipso beneficio.

De beneficiis, qualiter condicla sint.

VI. Quomodo eadem beneficia condicla sunt, aut quis de beneficio suo alodem comparavit vel struxit.

De beneficiis Episcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fisci regalibus describendis.

VII. Ut non solum beneficia Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, atque Comitum, sive Vassallorum nostrorum, sed etiam nostri fisci describantur, ut scire possimus quantum etiam de nostra in uniuscujusque legatione habeamus.

De legationibus propter iustitias, quo tempore exerceantur.

VIII. Volumus, propter iustitias quæ usque modo de parte Comitum remanserunt, quatuor tantum mensibus in anno Missi nostri legationes nostras exerceant, in hyeme Ianuario, in verno Aprili, in æstate Julio, in autumno Octobrio. Ceteris verò mensibus uniuscujusque Comitum placitum suum habeat & iustitias faciat. Missi autem nostri quater in anno mense & in quatuor locis habeant placita sua cum illis Comitibus quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint convenire.

De iustione dominica in quolibet missatico non adimpleta.

IX. Ut quicquid ille Missus in illo missatico aliter factum invenerit quam nostra sit iustio, non solum illud emendare jubeat, sed etiam ad nos ipsam rem, qualiter ab eo inventa est, deferat.

De censu regali inquirendo.

X. Ut Missi nostri census nostros diligenter perquirant, undecumque antiquitus venire ad partem Regis solebant. Similiter & freda. Et nobis renunciant, ut nos ordinemus quid de his in futurum fieri debeat.

De rebus de quibus census ad partem Regis exire solebat.

XI. Ut de rebus unde census ad partem Regis exire solebat, si ad aliquam Ecclesiam traditæ sunt, aut tradantur propriis heredibus, aut qui eas retinuerit, vel illum censum persolvat.

*De placitis à Missis dominicis Comitibus
notam faciendis.*

Ibid. 87. XII. Ut unusquisque Missorum no-
strorum in placito suo notum faciat Comi-
tibus qui ad ejus missaticum pertinent ut
in illis mensibus quibus ille legationem
suam non exercet conveniant inter se &
communia placita faciant tam ad latrones
distringendos quam ad ceteras justitias fa-
ciendas.

De fidelitate Regi promittenda.

XIII. Ut Missi nostri populum no-
strum iterum nobis fidelitatem promittere
faciant secundum consuetudinem jamdu-
dum ordinatam. Et ipsi aperiant & inter-
pretentur illis hominibus qualiter ipsam
sacramentum & fidelitatem erga nos ser-
vare debeant. Ibid. 11.

PRÆCEPTUM

Pro Hispanis qui in regnum Karoli confugerant.

Nunc primum editum ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

Hoc est præceptum concessionis atque donationis quam fecit
Karolus Imperator profugis Hispanis.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus
sancti. Karolus serenissimus Augustus,
à Deo coronatus, magnus, pacificus Im-
perator, Romanum gubernans imperium,
qui & per misericordiam Dei Rex Fran-
corum & Longobardorum, Beranæ, Gau-
celino, Gisclafredo, Odiloni, Ermengario,
Ademaro, Laibulfo, & Erlino Co-
mitibus. Notum sit vobis quia isti Hispani
de vestra ministeria, Martinus Presbyter,
Iohannes, Quintila, Calapodius, Añina-
rius, Egila, Stephanus, Rebellis, Ofilo,
Atila, Fredemirus, Amabilis, Christia-
nus, Elpericus, Homodei, Iacetus, El-
perandei, item Stephanus, Zoleiman, Mar-
chatellus, Teodaldus, Paraparius, Go-
mis, Castellanus, Ardaricus, Wasco,
Wigifus, Witericus, Ranoidus, Sunie-
fredus, Amancio, Cazerellus, Lango-
bardus, Zate milites, Odefindus, Wal-
da, Roncariolus, Mauro, Pascales, Sim-
plicio, Gabinius, Solomo Presbyter, ad
nos venientes suggesterunt quod multas
oppressiones sustineant de parte vestra &
juniorum vestrorum. Et dixerunt quod
aliqui pagenses fiscum nostrum sibi alter
alterius testificant ad eorum propieta-
tem, & eos exinde expellant contra justitiam,
& tollant nostram vestituram,
quam per triginta annos seu amplius ve-
stiti fuimus, & ipsi per nostrum donitum
de eremo per nostram datam licentiam

retraxerunt. Dicunt etiam quod aliquas
villas, quas ipsi laboraverunt, laboratas
illis eis abstractas habeatis, & beboranias
illis superponatis & faiones, qui per forcia
super eos exactant. Quamobrem iussimus
Iohanne Archiepiscopo Misso nostro ut
ad dilectum filium nostrum Ludovicum
Regem veniret, & hanc causam ei per
ordinem recitaret. Et mandavimus illi ut
tempore opportuno illuc veniens, & vos
in ejus presentiam venientes, ordinare fa-
ciat quomodo aut qualiter ipsi Hispani vi-
vere debeant. Propterea has litteras fieri
præcepimus atque demandamus, ut ne-
que vos neque juniores vestri memoratos
Hispanos nostros, qui ad nostram fiduciam
de Hispania venientes, per nostram da-
tam licentiam erema loca sibi ad labori-
candum propriserunt, & laboratas habe-
re videntur, nullum censum superponere
præsumatis, neque ad proprium facere
permittatis, sed quoad usque illi fideles
nobis aut filiis nostris fuerint, quod per
triginta annos habuerunt per aprisionem
quieti possideant & illi & posteritas eorum,
& vos conservare debeatis. Et quicquid
contra justitiam eis vos aut juniores vestri
factum habetis, aut si aliquid eis injustè
abstulistis, omnia in loco restituere facia-
tis, sicuti gratiam Dei & nostram vultis
habere propitiam. Et ut certius credatis,
de anulo nostro subter sigillari iussimus.

Guidbertus Diaconus ad vicem Ercan- in Francia XLIV. atque XXXVIII. in
 baldi recognovit. Italia, Indictione quinta.
 Data IV. Nonas Aprilis anno Christo Actum Aquisgranii palatio regio in
 propitio imperij nostri XII. regni verò Dei nomine feliciter. Amen.

Privilegia Hispanorum in regno Francorum, id est, in ea parte Hispanie citerioris que citra
 Rubricatum est, commorantium confirmavit Ludovicus Pius & Karolus Calvus. Eorum præ-
 cepta edita sunt infra ad annos DCCCXV. & XVI. & in Capitulis Karoli Calvi tit. VI.

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCCXIII.

S I V E

Capitula XXVIII. de confirmatione constitutionum quas Episcopi
 in synodis auctoritate regia nuper habitis constituerant.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|--|
| <p>1. DE baptismo ritè celebrando.
 2. <i>Vt laici Presbyteros de Eccle-
 sis non ejiciant.</i>
 3. <i>Vt laici pro datis Ecclesiis munera non
 exigant.</i>
 4. <i>Vt Canonici & monachi secundum ordi-
 nem vivant.</i>
 5. <i>Vt in monasteriis Puellarum Presbyteri
 peractis sacris non subsistant.</i>
 6. <i>Vt plures in monasteriis quàm ferre pos-
 sint non recipiantur.</i>
 7. <i>De decimis.</i>
 8. <i>De incestuosis investigandis & coercendis.</i>
 9. <i>De pace & concordia.</i>
 10. <i>Vt Comites Episcopis obediant, & ju-
 stitias faciant.</i>
 11. <i>Vt tempore famis unusquisque suos alere
 studeat.</i>
 12. <i>Vt Episcopo liceat de thesauro Ecclesie
 pauperibus erogare.</i>
 13. <i>Vt justa sint pondera & mensura.</i>
 14. <i>Vt predicatio assidue fiat, & ab omni-
 bus intelligatur.</i></p> | <p>15. <i>De iis que dominico die fieri non de-
 bent.</i>
 16. <i>Vt Episcopi parrochias suas circumeant.</i>
 17. <i>Vt chrisma sub sigillo custodiatur.</i>
 18. <i>Vt parentes & patrini filios suos doceant.</i>
 19. <i>Vt Ecclesiis antiquis sua jura serven-
 tur.</i>
 20. <i>In Ecclesiis sepelire quos liceat.</i>
 21. <i>Vt placita in Ecclesiis carumve atrijs
 non fiant.</i>
 22. <i>Vt res pauperum fraudulenter non ac-
 quirantur.</i>
 23. <i>Vt fugitivi Clerici redire compellantur.</i>
 24. <i>Vt qui beneficium habet Ecclesie, ad
 ejus sacra vota adjuvet.</i>
 25. <i>Vt publici criminis rei publice peniten-
 tie subjiciantur.</i>
 26. <i>Vt Presbyteri quod docent opere com-
 pleant.</i>
 27. <i>De Presbyteris qui confessiones revelare
 dicebantur.</i>
 28. <i>De tumultibus quos fidosi homines ex-
 citabant.</i></p> |
|--|--|

INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De baptismo rite celebrando.

liter agant; & hoc eos studiosè doceant,
 ut ordinabiliter fiat.

Conc. Aze-
 lit. VI.
 can. 3.

I. **V**T unusquisque Archiepiscopus
 suos suffraganeos diligenter stu-
 diosèque ammonere studeat ut unusquis-
 que suos Presbyteros puriter investigare
 non neglegat baptismatis sacramenta qua-
 Tom. I.

Vt laici Presbyteros de Ecclesiis non ejiciant.

II. *Vt laici Presbyteros non eiciant de
 Ecclesiis, nec alios mittere præsumant.*

Arelat. VI.
 can. 4.

Vt laici pro datis Ecclesiis munera non exigant.

Arelat. VI.
 can. 5.

III. *Vt laici omnino non audeant mu-*

Ii ij

nera exigere. à Presbyteris propter commendationem Ecclesiæ cuique Presbytero.

Vt Canonici & monachi secundam ordinem vivant.

Arelat. VI. I V. Providendum necesse est qualiter
can. 6. Canonici vivere debeant, necnon & mo-
chi, ut secundum ordinem canonicum &
regularem vivere studeant.

*Vt in monasteriis pullarum Presbyteri
peractis sacris non subsistant.*

Mogun- V. De monasteriis puellarum, ut Pres-
tiac. can. byteros opportuno tempore ad Missarum
26. solemniam liceat advenire, & iterum ad
proprias Ecclesias redire.

*Vt plures in monasteriis quam ferre possint
non recipiantur.*

Mogun- VI. Vt plures non mittantur in mona-
tiac. can. steria Canonicorum atque monachorum
19. seu puellarum quam suffèri possit.

De decimis.

Arelat. VI. VII. De decimis ammonendis.
can. 9. *De incestuosis investigandis & coercendis.*

Mogun- VIII. De incestuosis omnino investi-
tiac. can. gandum; ut ab Ecclesia expellantur, nisi
33. penitentiam egerint.

De pace & concordia.

Arelat. VI. IX. Vt pax sit & concordia inter Epif-
can. 11. copos & Comites & reliquos Clericos &
monachos & laicos.

*Vt Comites Episcopis obediant, & iustitias
faciant.*

Arelat. VI. X. Vt Comites & Iudices seu reliquos
can. 13. populos obedientes sint Episcopo, & in-
vicem consentiant ad iustitias faciendas, &
munera pro iudicio non accipiant, nec
falsos testes.

*Vt tempore famis unusquisque suos alere
studeat.*

Arelat. VI. XI. Vt unusquisque propter inopiam
can. 14. famis suos familiares & ad se pertinentes
gubernare studeat.

*Vt Episcopo liceat de thesauro Ecclesie
pauperibus erogare.*

Turon. III. XII. Vt unicuique Episcoporum liceat
can. 11. de thesauro Ecclesiæ pauperibus erogare
ad nutrimentum secundum canones, cum
testibus.

Vt iusta sint pondera & mensura.

Arelat. VI. XIII. Vt pondera vel mensura ubi-
can. 15. que æqualia sint & iusta.

*Vt predicatio assidue fiat, & ab omnibus
intelligatur.*

Mogun- XIV. De officio prædicationis, ut jux-
tiac. can. ta quod bene vulgaris populus intelligere
25. possit assidue fiat.

De his que dominico die fieri non debent.

XV. Ne dominicis diebus mercatum fiat, neque placitum; & ut his diebus nemo ad pœnam vel ad mortem iudicetur. & de operibus cavendis ammonentur.

Vt Episcopi parrochias suas circumcant.

XVI. Vt unusquisque Episcopus inter circumcant parrochiam suam docendo & ammonendo, & queque sunt necessaria emendare studeat. Et si quid emendare nequiverit, ad prædictum placitum proferat.

Vt chrisma sub sigillo custodiatur.

XVII. Vt Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel maleficij donare præsumant. Quod si fecerint, honore priventur.

Vt parentes & patrum filios doceant.

XVIII. De fide unusquisque compater, vel parentes, vel proximi, filios suos spiritales catholicè instruant, ita ut coram Deo rationare debeant.

Vt Ecclesie antiquis sua iura serventur.

XIX. Vt Ecclesiæ antiquitus constituta nec decima nec alia ulla possessione priventur, ita ut novis tribuatur Ecclesiis.

In Ecclesiis sepelire quos liceat.

XX. Vt mortui non sepeliantur in Ecclesia, nisi Episcopi, vel Abbates, vel fideles & boni Presbyteri.

*Vt placita in Ecclesiis earumque atriiis
non fiant.*

XXI. Vt placita in domibus vel atriiis Ecclesiarum minimè fiant.

*Vt res pauperum fraudulenter non
acquirantur.*

XXII. Vt Comites, vel Vicarij, seu Iudices, aut Centenarij sub mala occasione vel ingenio res pauperum non emant, nec vi tollant. Sed quisquis hoc comparare voluerit, in publico placito coram Episcopo hoc faciat.

Vt fugitivi Clerici redire compellantur.

XXIII. Vt unusquisque Episcopus in sua parrochia Presbyteros vel alios Clericos diligenter inquireat, & fugitivos ad sua loca redire faciat & ad proprium Episcopum suum.

*Vt qui beneficium habet Ecclesie, ad ejus
sarcinella adjuvet.*

XXIV. Vt quisque beneficium ecclesiasticum habet, ad reecta Ecclesiæ restauranda vel ipsas Ecclesias omnino adjuvent.

*Vt publici criminis rei publice penitentia
subiciantur.*

XXV. Vt qui publico crimine convi-

di sunt rei publicè judicentur, & publicam poenitentiam agant secundum canones.

Vi Presbyteri quod docent opere compleant.

XXVI. Vi Presbyteri bene vivere studeant, & ita populum doceant.

De Presbyteris qui confessiones revelare dicebantur.

XXVII. Vi hoc inquiratur, si de partibus Austriae verum est quod dicunt an

non, quòd Presbyteri de confessionibus accepto pretio manifestent latrones.

De tumultibus quos fidosi homines excitabant.

XXVIII. Vtinquiratur diligenter de fidosi hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tam in dominicis diebus quàmque & aliis solemnitatibus, sicuti & in feraticis diebus. Hoc omnino prohibendum est, ne facere præsumant.

Haecenus Edicti hujus capitula, vel summa potius ac breviora capitulorum. In altero autem codice Gandavensi, ex quo & postrema duo capita descripsimus, quæ in Metensi non sunt, sequantur præterea hoc loco repetebanturque ex superioribus capitula duo, quartum nimirum & quintum, sed plena atque integra, in hunc modum.

IV. Providendum omnimodis ac diligenter exquirendum qualiter Canonici vivant, necnon & monachi, ut unusquisque eorum secundum ordinem canonicè ac regulariter vivant, & non similiter; id est, ut refectoria & dormitoria unà simul observentur, quemadmodum jamdudum in Capitulis nostris injunctum habemus.

V. De monasteriis puellarum, ut Presbyteris certo tempore ad Missarum solemniam celebranda liceat ad eas in Ecclesia

convenire, & mox ad proprias redire Ecclesias. Ceteri vero Clerici vel laici similiter observentur, ut nequaquam in eadem monasteria ingredi audeant, nisi necessitatis causa ipsius monasterij compulerit. Hoc tamen cum summa providentia Episcopi vel Abbatis fiat. Similiter & hoc pleniter observandum sit, ut feminae per domos Clericorum minimè discurrant.

CAPITVLARE SECVNDVM ANNI DCCCXIII

S I V E

Capitula xx. de justitiis faciendis, ex lege Salica, Romana,
 & Gundobada,

Nunc primum edita ex septem antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino bibliotheca Vaticana, altero sancti Remigij Remensis, tertio sancti Vincentij Metensis, quarto Petri Pithæi, quinto Jacobi Sirmondi, sexto Philiberti de la Mare Senatoris Divionensis, septimo Navarrico.

KAROLVS serenissimus Imperator Augustus, à Deo coronatus, magnus, & pacificus, cum Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Ducibus, omnibusque fidelibus Christianæ Ecclesiæ cum consensu consilioque constituit ex lege Salica, Romana, atque Gundobada capitula ista in palatio Aquis, ut unusquisque fidelis justitias ita faceret, quæ & ipse manu propria firmavit capitula ista, ut omnes fideles manu roborare studuissent.

INCIPIUNT CAPITVLA.

1. **D**E cura & sollicitudine Episcoporum.
2. De Ecclesiis, viduis, & pupillis, ut pacem habeant.
3. Vt iumenta sive animalia pacem habeant.
4. De his qui beneficia regalia habent.
5. De Vicariis & Centenariis.
6. De ingenuis, si intestati decesserint.
7. Quid sit agendum si heredes de hereditate inter se contentiose egerint.
8. Vt Vicarij luparios habeant.
9. De hoste pergendi.
10. De dispensa Regis & optimatum in carro ducenda.
11. De carceribus & patibulis habendis ab unoquoque iudice.
12. De pena hominum boni generis qui iniuste agunt.
13. De latrone qui ad mortem iudicatus fuerit.
14. De Advocatis Episcoporum & Abbatum.
15. Quid agere debeant Vicarij de iis qui se pro furto in servitio tradere cupiunt.
16. Quomodo liceat seniores suum dimittere.
17. De arcu in hoste habendo.
18. De forestibus dominicis.
19. De villicis regis, quid facere debeant.
20. De eo qui patrem suum adjuvare nolit.

INCIPIUNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De cura & sollicitudine Episcoporum.

Regino lib.
2. c. 10.

I. Vt Episcopi circumeant parochias sibi commissas, & ibi inquirendi studium habeant de incestu, de patricidiis, fratricidiis, adulteriis, cenodoxiis, & aliis malis quae contraria sunt Deo, quae in sacris scripturis leguntur, quae Christiani devitare debent. Et infra illorum parochias Ecclesiae quibus necessesse est emendandi curam habeant. Similiter nostras a nobis in beneficio datas quam & aliorum ubi reliquiae praesse videntur. Et ut monachi per verbum Episcopi & per regimen Abbatis & per bona illorum exempla regulariter vivant, prout loca locata sunt. Et ut Praepositi & hi qui foras monasteria sunt, ne venatores habeant, quia iam frequenter iussimus ne monachis foras monasterio habitassent.

De Ecclesiis, viduis, & pupillis, ut pacem habeant.

II. Vt Ecclesiae, viduae, pupilli per bannum Regis pacem habeant. Sin aliter, in praesentiam nostram hoc veniat, si fieri potest. Sin autem, Missi nostri investigent illud quomodo gestum sit.

Vt iumenta sive animalia pacem habeant.

III. Vt iumenta pacem habeant similiter per bannum Regis.

De his qui beneficia regalia habent.

IV. Vt hij qui beneficium nostrum habent, bene illud immelliorare in omni re studeant. Et ut Missi nostri hoc sciant.

De Vicariis & Centenariis.

V. Vt Vicarij nostri vel Centenarij a servo Regis mancipia ne emanent. Et ut ipsi

Vicarij de hereditate foris heredibus, si extiterit, ad opus nostrum recipiatur, ne illud fraudetur.

De ingenuis, si intestati decesserint.

VI. De his qui a litterarum conscriptione ingenui fuerint, si sine traditione mortui fuerint, hereditas eorum ad opus nostrum recipiatur. Nec Comes nec Vicarius illud sibi societ, sed ad opus nostrum revocetur. Similiter volumus ut banni nostri de illis unde censa exigunt, ut ipsa censa ad opus nostrum vel ubi nos iubemus veniant.

Quid sit agendum si heredes de hereditate inter se contentiose egerint.

VII. De hereditate inter heredes si contentiose egerint, & Rex Missum suum ad illam divisionem transmissit, decimum mancipium & decima virga hereditatis fisco Regis detur.

Vt Vicarij luparios habeant.

VIII. Vt Vicarij luparios habeant unusquisque in suo ministerio duos. Et ipsi de hoste pergendi & de placito Comitum vel Vicarij ne custodiat, nisi clamor super eum veniat. Et ipsi certare studeant de hoc ut perfectum exinde habeant, & ipsae pelles luporum ad nostrum opus dentur. Et unusquisque de illis qui in illo ministerio placitum custodiunt, detur eis modium unum de annona.

De hoste pergendi.

IX. De hoste pergendi, ut Comiti in suo comitatu per bannum unumquemque hominem per sexaginta solidos in hostem pergere bannire studeat ut ad placitum denuntiatum ad illum locum ubi iubetur

veniant. Et ipse Comes prævideat quomodo sint parati, id est, lanceam, scutum, aut arcum cum duabus cordis & sagittis duodecim. De his uterque habeant. Et Episcopi, Comites, Abbates, hos homines habeant qui hoc bene prævideant, & ad diem denunciati placiti veniant, & ibi ostendant quomodo sint parati. Habeant loricas vel galeas & temporalem hostem, id est, æstivo tempore.

De dispensa Regis & optimatum in carro ducenda.

X. Vt Regis spensa in carra ducatur, simul Episcoporum, Comitum, Abbatum, & optimatum Regis, farinam, vinum, baccones, & vicium abundanter, molas, dolatorias, securas, taretros, fundibulas, & illos homines qui exinde bene sciant jactare. Et marscalci Regis adducant eis petras in faumas viginti, si opus est. Et unusquisque hostiliter sit paratus, & omnia utensilia sufficienter habeant. Et unusquisque Comes duas partes de herba in suo comitatu defendat ad opus illius hostis, & habeat pontes bonos, naves bonas.

De carceribus & patibulis habendis ab unoquoque iudice.

XI. Vt Comites, unusquisque in suo comitatu carcerem habeant. Et Iudices atque Vicarij patibulos habeant.

De pana hominum boni generis qui iniquè agunt.

XII. Vt homines boni generis, qui infra comitatum iniquè vel injustè agunt, in præsentiam Regis ducantur, & Rex super eos distinctionem faciat carcerandi, exiliandi, usque ad emendationem illorum.

De latrone qui ad mortem judicatus fuerit.

XIII. Vt Vicarij munera ne accipiant pro illis latronibus qui ante Comitem judicati fuerint ad mortem. Quòd si hoc perpetraverint, tale iudicium sustineant sicut & latro judicatus fuit. Quia postquam Scabini eum dijudicaverint, non est licentia Comitis vel Vicarij ei vitam concedere. Sed si bannus ei judicatus fuerit, & banno peracto, stet in eo interim usque dum Comiti & eo qui clamorem vel causam ad eum habuit, & tunc sit foris banno.

De Advocatis Episcoporum & Abbatum.

XIV. Vt Episcopi & abbates Advocatos habeant. Et ipsi habeant in illo comitatu propriam hereditatem. Et ut ipsi rectè & boni sint, & habeant voluntatem rectè & justè causas perficere.

Quid agere debeant Vicarij de iis qui se pro furto in servitio tradere cupiant.

XV. Vt Vicarij eos qui pro furto se in servitium tradere cupiunt non consentiant, sed secundum justum iudicium terminetur.

Quomodo liceat seniorem suum dimittere.

XVI. Quòd nullus seniorem suum dimittat postquam ab eo acciperit valente solidum unum, excepto si eum vult occidere, aut cum baculo cadere, vel uxorem aut filiam maculare, seu hereditatem ei tollere.

De arca in hoste habendo.

XVII. Quòd nullus in hoste baculum habeat, sed arcum.

De forestibus dominicis.

XVIII. De forestis, ut forestarij bene illas defendant, simul & custodiant bestias & pisces. Et si Rex alicui intus foreste feramen unum aut magis dederit, amplius ne prendaat quàm illi datum sit.

De villicis regii, quid facere debeant.

XIX. Vt vilicus bonus, sapiens, & prudens in opus nostrum eligatur, qui sciat rationem Misso nostro reddere & servitium perficere prout loca locata sunt, ædificia emendent, nutriant porcos, jumenta, animalia, hortos, apes, aucas, pullos, vivaria cum piscibus, vennas, molina, stirpes, terram aratoriam studeant femare. In forestis mansum regale, & ibi vivaria cum piscibus, & homines ibi manent. Et plantent vineas, faciant pomaria, & ubicunque inveniunt utiles ullos homines, detur illis silva ad stirpandum, ut nostrum servitium immelioretur. Et ut femina nostra, quæ ad opus nostrum sunt servientes, habeant ex partibus nostris lanam & linum, & faciant sarcillos & camisilos, & perveniant ad cameram nostram per rationem per vilicos nostros aut Missos eorum à se transmissos.

De eo qui parem suam adjuvare noluit.

XX. Et si quis fidelibus nostris contra adversarium suum pugnam aut aliquod certamen agere voluit, & convocaverit ad se aliquem de comparis suis ut ei adiutorium præbuisset, & ille noluit, & exinde negligens permansit, ipsum beneficium quod habuit auferatur ab eo, & detur ei qui in stabilitate & fidelitate sua permansit.

CAPITVLARE TERTIVM

ANNI DCCCXIII.

S I V E

Capitula XLVI. de causis necessariis Ecclesiæ Dei & populo Christiano, data, ut videtur, Aquisgrani in generali populi conventu anno DCCCXIII. mensè Septembri.

Nunc primum edita ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno sancti Vincentij Metensis, altero Navarrico.

NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLIS
QUÆ ADMONERI DEBENT.

I. **I**N primo capitulo de causis Ecclesiæ, & de illis Dei servis qui ibidem deserviunt, sic habemus quomodo & alij Franci habent. De banno dominico similiter sicut alij Franci habent.

II. **Q**ui hominem Francum occiderit, solidos sexcentos componat ad opus dominicum, & profredo solidos ducentos componat.

III. **Q**ui hominem ingenuum occiderit, solidos ducentos componat, & exinde in dominico tertiam partem componat.

IV. **Q**ui lidum occiderit, solidos centum componat, & exinde in dominico tertiam partem componat.

V. **Q**ui servum occiderit, solidos quinquaginta componat. Exinde in dominico, sicut diximus, tertiam partem componat.

VI. **S**i quis Comes in suo comitatu occisus fuerit, in tres vveregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.

VII. **S**i quis Missum dominicum occiderit quando in missaticum directus fuerit, in tres vveregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.

VIII. **S**i quis Wargengum occiderit, solidos sexcentos in dominico componat.

IX. **S**i quis hominem ingenuum ad servitium requirit, cum duodecim hominibus de suis proximis parentibus in sanctis juret, & se ingenuum esse faciat, aut in servitium cadat.

X. **Q**ui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco qui dici-

tur sanctum sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat.

XI. **Q**ui per chartam aut per hantradam ingenuus est, & se ille foris de eo miserit, tunc ille leodis in dominicum veniat, & suis peculiaris traditum jamdicto domino non fiat.

XII. **Q**ui per chartam ingenuus est, sic debet in omnia pertinere sicut alij Franci.

XIII. **Q**ui de mundeburde aliquid habuerit, ad illum seniore qui eum ingenuum dimiserit sua peculia revertere faciat.

XIV. **D**e quali causa quod sacramentum promiserit, & ad placitum non jura-verit, ipsam causam reddere faciat.

XV. **Q**ui propter alium hominem vvadum adhravit, & ipse homo cum damnum incurrere dimittit, ille qui suum vvadum adhravit, de suo omnia componat super noctes septem ille qui precatur adhravire, duplum componere faciat.

XVI. **Q**ui hominem Francum sine culpa ligaverit, solidos duodecim componat, & infredo dominico solidos tres.

XVII. **Q**ui per capillos Francum priferit, solidos duodecim, & in dominico solidos quatuor. Et qui ei sanguinem sine culpa effuderit, solidos duodecim componat, & infredo dominico solidos quatuor.

XVIII. **S**i quis hominis Franci casam infregerit, solidos duodecim componat, & infredo dominico solidos quatuor.

XIX. **S**i quis hominis Franci curtem infregerit,

infregerit, solidos sex componat, in domino solidos quatuor, suam manum aut suum pedem aut suum oculum pro quarta parte de sua leode, & in fredo dominico semper de unaquaque re solidos quatuor.

XX. De ingenuo homine in emendatione sua solidos octo, nisi, sicut superius diximus, in fredo dominico solidos quatuor.

XXI. De lido in emendatione solidos quatuor, in fredo dominico solidos quatuor.

XXII. De seruo in emendatione solidos duos, in fredo dominico solidos quatuor.

XXIII. Quicquid involavit, novem geldos componere faciat, & de unoquoque latrocinio in dominico fredo solidos quatuor.

XXIV. De quicquid in casa furaverit, in vviridra solidos septem. De vvarnionem, in vviridra solidos septem. De spadato caballo solidos septem. De seruo solidos septem. De spata septem. De jumento solidos quatuor. De bove solidos duos. De vacca solidos duos. De porcis & vervecibus & animalibus juvenibus & de capris tertiam partem quantum valet in vviridra.

XXV. Quicquid in amore in alterum furatum habent, in duos geldos componere faciat, in vviridra uncias duas, in fredo solidos quatuor. Et quicquid in mafhau furaverit, duos geldos componere faciat, in vviridra uncias duas, in fredo dominico solidos quatuor.

XXVI. Quicquid in amore Frefiones injuste tulerint, per aliud tantum componere faciat in fredo solidos quatuor.

XXVII. Quicquid ad Saxones contra rectum tulerint, cum alio tantum eum emendare faciat in fredo solidos quatuor.

XXVIII. Si quis infra pagum latronem comprehenderit, & ante illum Comitum eum non adduxerit aut ante suum Centenarium, solidos sexaginta componere faciat.

XXIX. Si quis latronem viderit cum furto ambulantem, & cognitum non fecerit, in fredo dominico solidos quatuor componere faciat.

XXX. Si quis in sanctis reliquiis se perjuraverit, manum suam perdat, aut eam redimat quarta parte de sua leode in dominico.

XXXI. Quicquid contra rectum fecerit, cum solidis quatuor in fredo dominico componere faciat.

Tom. I.

XXXII. Si quis cum armis bannitus fuerit, & non venerit ibi, solidos quatuor in fredo dominico componere faciat.

XXXIII. Si quis cum caballo bannitus fuerit, in fredo dominico solidos quatuor componere faciat.

XXXIV. Si quis vvacam aut vvardam dimiserit quando ille Comes ei cognitum fecerit, in fredo dominico solidos quatuor componere faciat.

XXXV. Si quis scclusam dimiserit quando suus Comes ei commendat facere, in fredo solidos quatuor componere faciat. Quando rumpit, & eam emendare noluerit, solidos quatuor in dominico componere faciat.

XXXVI. Quisquis audit arma clamare, & ibi non venerit, in fredo dominico solidos quatuor componere faciat.

XXXVII. Si quis ad pontem publicum bannitus fuerit, & ibi non venerit, solidos quatuor in fredo componat.

XXXVIII. Si quis Comes ad placitum suum hominem bannit, & ibi non venerit, in fredo solidos quatuor componat.

XXXIX. Si quis viam publicam clauserit, in fredo dominico solidos quatuor componat.

XL. Si quis francus homo habuerit filios duos, hereditatem suam de silva & de terra eis dimittat, & de mancipiis, & de peculio. De materna hereditate similiter in filiam veniat.

XLI. De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire. Ingenuus si per Comitum aut per Missum suum bannitus fuerit infra comitatum de maxima causa, super noctes quatuordecim ad placitum veniat. Si minor causa extiterit, super noctes septem ad placitum veniat.

XLII. Si quis de lido suo pro aliqua causa in ratione fuerit inventus, super noctes quatuordecim ipsum lidum ad placitum adducat, si senior suus in ipso comitatu est. Si in alio comitatu est, ipse lidus suum seniore ad placitum adducat super noctes viginti quinque. Si in tertio comitatu est, super noctes quadraginta duas. Si in alio ducatu est, super noctes octuaginta quatuor cum suo seniore veniat ad ipsum placitum.

XLIII. De raptu. Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum uno vradio & una manu emendare studeat.

XLIV. Si quis hominem in mordro occiderit, tunc exeat ad iudicium, aut

K K

suus senior per sacramentum eum liberet.

XLV. Si cuius puellam sponfatam alius priferit, solidos ducentos componere faciat, in fredo solidos sexaginta.

XLVI. Si fur de septem latrocinis comprobatus fuerit, exiet ad iudicium. Si

ibi incenderit, tradant eum ad mortem. Et postea quam ad iudicium ambulaverit, si ibi non incenderit, tunc liceat suo seniori vvadio suo illum adhrare & pro eo emendare ac de morte liberare.

E X P L I C I T.

A D M O N I T I O

De quinque sequentibus Capitularibus.

CAPITVLARIA quinque quæ sequuntur, sunt quidem Karoli Magni, adeoque inter ceteras ejus constitutiones referri debent. Sed quoniam assequi conjectura non potuimus ad quem quaque annum referenda essent, ad postrema Karoli tempora retulimus.

CAPITVLARE PRIMVM INCERTI ANNI

Nunc primùm editum ex schedis doctissimi viri Jacobi Sirmondi Societatis Iesu.

I. **V**T eorum qui ad ordinandum veniunt fides & vita & scientia prius ab Episcopo discutiatur.

II. Vt fugitivi Clerici & peregrini à nullo recipiantur sine commendatitiiis literis.

III. Vt Presbyteri, Diaconi, vel ceteri Clerici mulierem extraneam in domo sua non habeant.

IV. Vt monachi & Clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi causa.

V. Vt ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur.

VI. Vt mulieres ad altare non ingrediantur.

VII. Vt canonici libri tantùm legantur in Ecclesia.

VIII. Vt nullus per pecuniam ordinetur.

IX. Vt monachus vel Clericus ad secularia negotia non transeat.

X. Vt Clerici de civitate ad civitatem non transmigrentur.

XI. Vt nullus absolutè ordinetur.

XII. Vt Clerici & monachi in suo proposito permaneant.

XIII. Vt Clerici inter se negotium habentes à suo Episcopo dijudicentur, non à secularibus.

XIV. Vt Clerici & monachi insidias contra pastorem suum non faciant.

XV. Vt loca quæ semel Deo dedicata sunt ut monasteria sint maneant perpetuò monasteria, nec possint ultra fieri secularia habitacula.

XVI. Vt nullus Presbyter contra suum Episcopum superbire audeat.

XVII. Vt Clerici ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos judicentur, non apud seculares.

XVIII. Vt qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat. Si speciem aliam, eandem speciem quantum dederit accipiat.

XIX. Vt ante viginti quinque annos ætatis nec Diacones ordinentur nec virgines consecrentur.

XX. Vt virgines Deo sacratæ simul habitantes invicem se custodiant, nec passim vagando Ecclesiæ lædant existimationem.

XXI. Vt falsæ nomina martyrum non venerentur.

XXII. Vt nec uxor à viro dimissa alium accipiat vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

XXIII. Vt ecclesiastica jejunia sine necessitate rationabili non solvantur.

XXIV. Vt nullatenus Presbyter ante trigésimum ætatis suæ annum ordinetur.

XXV. Vt nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta.

XXVI. Vt nullus Episcopus ad clericatus officium servum alterius sine domini sui voluntate promovere præsumat.

XXVII. Vt Episcopi & reliqui sacerdotes canonicè bene intelligant & secundùm canonicam institutionem vivant.

XXVIII. Vt Episcopi diligenter discutiant per suas parochias Presbyteros eorum fidem, baptisma, & Missarum celebrationes, & ut fidem rectam teneant, & baptisma catholicum observent, & Missarum preces bene intelligant, & ut psalmi dignè secundùm modulationes verbum modulentur.

XXIX. Vt fides catholica ab Episcopis & Presbyteris diligenter legatur & omni populo prædicetur. Et dominicam orationem ipsi intelligant & omnibus prædicent intelligendam, ut quisque sciat quid petat à Deo.

XXX. Vt omnis populus Christianus fidem catholicam & dominicam orationem memoriter teneat.

XXXI. Vt inter Episcopos, Abbates, Comites, Iudices, & omnes ubique seu majores seu minores personas pax sit & concordia & unanimitas, quia nihil Deo sine pace placet.

XXXII. Vt Abbates canonici canones intelligant & canones observent, & Clerici canonici secundùm canones vivant.

XXXIII. Vt Abbates regulares & monachi regulam intelligant & secundùm regulam vivant.

XXXIV. Vt Abbatissa canonicæ & sanctimonialis canonicè secundùm canones vivant, & claustra earum ordinabiliter composita sint.

XXXV. Vt Abbatissa regulares sanctimonialis in monachico proposito existentes regulam intelligant & regulariter vivant, & claustra earum rationabiliter disposita sint.

XXXVI. Vt Ecclesia Dei suum habeat honorem, simul & altaria secundùm suam dignitatem venerentur. Et non sit domus Dei & altaria sacra pervia canibus.

Tom. I.

Et ut secularia negotia vel vaniloquia in Ecclesiis non agantur.

XXXVII. Vt Presbyteri & Diacones vel reliqui Clerici arma non portent, sed confidant in defensione Dei quàm in armis.

XXXVIII. Vt quibus data est potestas judicandi justè vel judicent, non muneribus, quia munera excœcant corda prudentium. Et ut iudices jejuni causas judicent & discernant.

XXXIX. Vt omnes caveant perjurium, non solum in sancto evangelio, vel in altare, seu in sanctorum reliquiis, sed & in communi loquela. Et ut qui in sanctis habet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honestate & timore Dei. Et qui semel perjurus fuerit, nec testis sit post hæc, nec in sua causa nec in alterius jurator existat.

XL. Vt nemo sit qui ariolos sciscitetur vel somnia observet vel ad auguria intendat. nec sint malefici, nec incantatores, nec phitones, nec cauculatores, nec tempestarij, vel obligatores. Et ubicunque sunt, emendentur vel damnentur.

XLI. Vt observationes quas stulti faciunt ad arbores vel petras vel fontes, ubicunque inveniuntur, tollantur & destruantur.

XLII. Vt homicidia infra patriam nec causa ultionis nec avaritiæ nec latrocinandi non faciant. Et non occidatur homo nisi lege jubente.

XLIII. Vt furta & injusta connubia & illicitæ causæ prohibeantur.

XLIV. Vt æquales mensuras & rectas & pondera justa & æqualia omnes habeant. Et qui antea dedit tres modios, modò det duos.

XLV. Vt mangones & cociones & nudi homines qui cum ferro vadunt non sinantur vagari & deceptiones hominibus agere.

XLVI. Vt opera servilia diebus dominicis non agantur. Et ut dies dominica à vespera ad vesperam celebretur.

XLVII. Vt omnes fidelitatem promittant Domino Imperatori.

XLVIII. Vt Comites & iudices confiteantur qua lege vivere debeant, & secundùm ipsam judicent.

XLIX. Vt beneficia Domini Imperatoris & Ecclesiarum considerentur, ne forè aliquis alodem suum restaurans beneficia destruat.

L. Vt beneficia Saxonum in Francia

Kk ij

considerentur qualiter condirecta sint.

LI. Vt liberi homines pauperes à nullo injustè opprimantur.

LII. Vt omnes parati sint quodocunque Domni Imperatoris iussio venerit.

LIII. Vt Missi ad Domnum Imperatorem venientes & ab eo directi honorabiliter suscipiantur.

LIV. Vt hij qui in mundeburde Domni Imperatoris sunt, pacem & defensionem ab omnibus habeant.

LV. Vt inquiratur si aliquis homo propter justitiam Domni Imperatoris annuntians occisus sit, vel aliquid mali passus sit.

LVI. Vt hij qui per beneficium Domni Imperatoris ecclesiasticas res habent, decimam & nonam dare & Ecclesiarum

restauracionem facere studeant.

LVII. Vt bannus quem per semetipsum Dominus Imperator bannivit sexaginta solidos solvatur. Ceteri verò banni quos Comites & iudices faciunt, secundum legem uniuscujusque componantur.

LVIII. Vt omnes bonos & idoneos Vicedominos & Advocatos habeant & iudices.

LIX. Vt Missi nostri, undecunque necesse fuerit, tam de iustitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, & ceterorum hominum inquirant & perficiant, & quodcunque ad emendandum invenerint emendare studeant in quantum melius poterint. Et quod per se emendare nequiverint, in praesentiam nostram adduci faciant.

CAPITVLARE SECVNDVM INCERTI ANNI.

*Nunc primum editum ex veteri codice MS. clarissimi viri Philiberti
de la Mare Senatoris Divionensis.*

CAPITVLA A DOMNO KAROLO IMPERATORE ET FILIO EIVS HLVDOVICO AC SAPIENTISSIMIS IPSORVM EPISCOPIS EXCERTA.

*De commutationibus utilibus permanentis
inutilibusque delendis.*

v. 110. I. **V**biunque commutationes tam tempore nostro quamque genitoris nostri legitimae & rationabiles atque utiles inter Ecclesias Dei factae sunt permanent. Vbiunque verò inutiles & incommoda atque irrationabiles factae sunt, dissolvantur, & recipiat unusquisque quod dedit. Vbi verò mortua manus interjacet, aut alia quaelibet causa quae rationabilis non esse videatur inventa fuerit, diligenter describatur & ad nostram notiam perferatur.

De illis qui res Ecclesie tenent.

v. 190. II. Si quis ecclesiasticam rem tenet, & admonitus iudicium declinaverit, quousque ad discussionem veniat ut rem restituat ecclesiasticam, à communione privetur.

Quod res Ecclesiarum vota sint fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, quibus non solum collata conservanda, sed etiam augenda sunt.

III. Quia juxta sanctorum patrum traditionem novimus res Ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cui non solum habita conservare, verum etiam multa Deo optulante conferre optamus, tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius Ecclesiae suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris neque filiorum & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem aut jacturam patiantur Ecclesiae.

De praediis Deo dicatis.

IV. Placuit ne praedia caelestium secretorum dicata Deoque tradita à quibus-

dam aliqua occasione vexentur aut invadantur, sed sub immunitatis tuitione perpetua firmitate perdurent. Similiter & homines earum, & omnia quæ eis subiecta esse noscuntur. Si quis contra hæc venerit, componat sicut de immunitate constitutum, & penitentia publica à sacerdotibus usque ad satisfactionem multetur. *De his qui fidelium oblationes auferunt vel vastant, aut sine proprii Episcopi iussione dant vel accipiunt.*

VI. 114. V. Qui fidelium oblationes ab Ecclesiis vel à jure Sacerdotum auferunt, vel ablatas accipiunt, non solum aliena vota dirumpunt, sed & sacrilegium operantur, necnon & Ecclesie Dei fraudatores existunt. Quia Ecclesie aliquid fraudari vel auferri sacrilegium esse à majoribus approbatur.

De privilegiis Ecclesiarum vel Clericorum non corrumpendis.

VI. 103. VI. Ut privilegia quæ Ecclesiis & Clericis ab antecessoribus nostris vel à nobis concessa sunt, semper maneant incorrupta.

De privilegiis Ecclesiarum.

VI. 111. VII. Ut privilegia quæ sacrosanctis Ecclesiis & Clericis à singulis Regibus vel Episcopis ceterisque rectoribus sunt concessa, semper maneant incorrupta.

Quod sacrilegium sit Ecclesie aliquid auferre aut sacerdotibus vel ministris aut ipso sancto cultui locoque injuriam inferre. Cap. ex lege.

VI. 115. 406. VIII. Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit ut in Ecclesias earumque res intruens, sacerdotibus ac ministris vel ipso cultui locoque aliquid, quod non oportet, injuriæ inferat, divini cultus injuriam convictus sive confessus reus capitali sententia noverit vindicandum. Nec expectetur ut Episcopus injuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dereliquit. Sitque cunctis non solum liberum sed etiam laudabile factas atroces Sacerdotibus aut ministris injurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri.

Quod hi qui prædia ecclesiastica diripiunt vel vastant, sacrilegi sint, exilioque damnandi.

VI. 117. 189. IX. Ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est ne prædia sibi celestium secretorum dicata à quibusdam inruentibus vexentur. Quod si quis præsumpserit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promenda

est, exilio perpetuæ deportationis damnetur.

Quod prædones Ecclesie sacrilegi sint, sicut scriptura testimonio comprobatur.

X. Sacrilegi sunt Ecclesie prædones. Vnde & in Concilio Agathensi sub quarto capitulo decretum habetur ita: *Amico quippiam rapere, furtum est; Ecclesie vero fraudari vel abstrahi subripique, sacrilegium.* Omnes enim contra leges facientes, reque Ecclesie diripientes, Ecclesias Sacerdotisque contra divinas sanctiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames sacrilegi que habendi sunt.

Quod ea quæ Domino consecrantur, ad jus ecclesiasticum pertinent.

XI. Ea quæ Domino offeruntur vel consecrantur, ad jus pertinent Sacerdotum. Et sacrilegi sunt omnes qui ea auferunt.

Quod omnia quæ Deo offeruntur, proculdubio & consecrantur.

XII. Omnia quæ Domino offeruntur, proculdubio & consecrantur. Et non solum sacrificia quæ à Sacerdotibus super altare Domino consecrantur, oblationes fidelium dicuntur, sed quicquid ei à fidelibus offeruntur, sive in mancipiis, sive in agris, vineis, silvis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, artificijs, libris, utensilibus, petris, ædificijs, vestimentis, pellibus, laneficijs, pecoribus, pascuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quæcunque de his rebus ad laudem Dei fiunt, vel supplementum sanctæ Ecclesie ejusque Sacerdotibus atque ornatum præstare possunt, Deo Ecclesieque suæ à quibuscunque ultrò offeruntur, Domino indubitanter consecrantur & ad jus pertinent Sacerdotum. Et quia Christum & Ecclesiam unam personam esse veraciter agnoscamus, quæcunque Ecclesie sunt, Christi sunt, & quæ Ecclesie vel in supradictis vel in quibuscunque speciebus, sive pollicitationibus, sive pignoribus, sive scriptis, sive corporalibus rebus offeruntur, Christo offeruntur. Et quæ ab Ecclesia ejus quocunque commento alienantur vel tolluntur, sive alienando, sive vastando, sive invadendo, sive minorando, sive diripiendo, Christo tolluntur. Et si ab amico quippiam rapere furtum est, præcipuè Christo Domino nostro, qui est Rex Regum & Dominus dominantium, aliquid auferre vel alienare vel subripere vel vastare sacrilegium est. Omnes namque Ecclesie prædones manifestissimè sunt sacrilegi.

Et nullus sacrilegus nisi per puram probatamque atque publicam poenitentiam, & per Ecclesie satisfactionem, Episcoporumque per manus impositionem juxta canonicas sanctiones reconciliationem, regnum Dei possidebit, & non solum a regno Dei sit alienus, sed etiam a liminibus sancte Ecclesie, & precipue ab illius quam laetit, usque ad praedictam satisfactionem extorris efficitur. Talium vero scelerum patreoribus, nisi post praedictam satisfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus. Quia qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit. Qui autem pecuniam Ecclesie abstulerit, sacrilegium facit. Qui non solum sacrilegi, sed etiam fures sacrilegi & lupi atque homicidae pauperumque necatores sunt, & insuper anathematis vinculo damnati coram Deo & sanctis ejus efficiuntur.

Ut Ecclesiarum privilegia vel facultates sive quicquid ad easdem pertinet nullus invadere presumat.

V I. 416. XIII. Praecipimus omnibus ditioni nostrae subjectis ut nullus privilegia Ecclesiarum vel monasteriorum infringere, res-

que Ecclesiarum invadere, vel vastare, aut alienare, vel facultates earum diripere praesumat, nec sine precario possidere percontet. Quia, sicut a sanctis patribus instructi sumus, gravissimum peccatum hoc esse dinoscitur, testante sacra scriptura, quae ait: *Qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, participes homicidae est.* Pater noster sine dubio Deus est, mater nostra, Ecclesia, quae nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesie fraudat vel rapit, sive vastat, vel alienat, homicida ante conspectum justis iudicis esse deputabitur. De quo quidam sapientum dicit: *Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit. Qui autem pecuniam Ecclesie abstulerit, sacrilegium facit.*

Quod homicidae ante Deum deputantur qui res Ecclesie vastant.

XIV. Volumus omnes scire quod qui Christi & Ecclesie pecunias auferunt, resque ejus fraudant, rapiunt, vastant, vel diripiunt, homicidae ante Deum esse deputantur, quia res pauperum, quos Ecclesia pascere debet, diripiunt.

CAPITVLARE TERTIVM INCERTI ANNI.

Nunc primum editum ex eodem veteri codice Divionensi MS.

CAPITVLA A DOMNO KAROLO ET FILIO EIVS
HLVDOVVICO AC SAPIENTISSIMIS IPSORVM
EPISCOPIS EXCERTA.

De his qui putaverunt idcirco praecipuum esse non ire ad pugnam Sacerdotes ut honor eis mimeretur.

VII. 141. I. **Q**uia instigante antiquo hoste adivimus quosdam nos suspectos habere propterea quod concessimus Episcopis & Sacerdotibus ac reliquis Dei servis ut in hostes nisi duo aut tres a ceteris electi, & Sacerdotes similiter perpauci ab eis electi, non irent, sicut in prioribus nostris continetur capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Christianos quam paganos negarent, nec agitadores sanguinum fie-

rent, vel quicquam contra canones facerent, quod honores Sacerdotum & res Ecclesiarum auferre vel minorare eis voluissimus, quod nullatenus facere velle vel facere volentibus consentire omnes scire cupimus. Sed quanto quis eorum amplius suam normam servaverit, tanto eum plus honorare & cariorem habere volumus. Et ut haec certius credantur & per futura tempora conserventur, praecipimus ut nullus res Ecclesie nisi precario possideat. Et postquam ipsae precariae finit fuerint, faciant potestative speculatores Ecclesie utrum elegerint, ut aut ipsas res recipiant, aut posteris eorum sub preca-

rio & censu habere permittant; ita tamen ut ipsi proprias & utiles res eidem Ecclesiis, de quarum Ecclesiarum jure esse videntur, legaliter tradant. Et sic à rectoribus Ecclesiarum precarie, si renovanda sunt, canonicè renoventur. Novimus ergo multa regna & Reges eorum propterea cecidisse quia Ecclesias expoliaverint, resque earum vastaverunt, abstulerunt, alienaverunt, vel diripuerunt, Episcopisque & Sacerdotibus atque, quod magis est, Ecclesiis eorum abstulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterunt; sed terga multi vulnerati & plures interfecti verterunt, regnaque & regiones &, quod pejus est, regna caelestia perdidērunt, atque propriis hereditatibus caruerunt & hæcenus carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere, nec consentire, nec infantibus aut successoribus nostris exemplum dare volumus; sed quantum valemus & possumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Episcoporum, quorum consilio usi hoc egimus, spiritu nostro spiritui, per Deum & omnium sanctorum merita prohibemus contestamurque ne talia faciant vel facere volentibus consentiant, sed adjutores & defensores atque sublimatores Ecclesiarum & cunctorum servorum Dei pro viribus existant, ne in foveam in quam prædicti Reges & regna ceciderunt cadant, aut in profundum, quod absit, inferni demergantur. Et ut hæc devotius per futura tempora conserventur, præcipientes jubemus ut nullus tam nostris quam futuris temporibus à nobis vel successoribus nostris ullo umquam tempore, absque consensu & voluntate Episcoporum in quorum parochiis esse noscuntur, res Ecclesiarum petere aut invadere vel vastare aut quocunque ingenio alienare præsumat. Quod si quis fecerit, tam nostris quam & successorum nostrorum temporibus pœnis sacrilegij subiaceat, & à nobis atque à successoribus nostris nostrisque Indicibus vel Comitibus sicut sacrilegus & homicida vel fur sacrilegus legaliter puniatur, & ab Episcopis nostris anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura & cunctis Dei Ecclesiæ precibus & oblationibus careat, nec elemosynam suam quisquam recipiat. Quod autem maximum sacrilegium sit res Ecclesiæ auferre, invadere, alienare, vastare, vel subripi, maxime omnes scripturæ divinæ testantur; & beatus Symma-

chus Papa synodali sententia cunctos feriendo dicit: *Iniquum est, inquit, & sacrilegij instar ut quæ vel pro salute vel pro requie animarum unusquisque venerabili Ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut ceritè reliquerit, ab his quibus maxime servare conveniat auferri aut in aliud transferri.* Et multa sanctorum canonum decreta & sanctorum patrum edicta hæc eadem testantur, quæ scrutari & scire cupientibus perfacile patent.

De sceleribus nefandis ob quæ regna percussa sunt, ut penitus caveantur.

II. Prohibemus omnino sub pœna sac. VII. 143. crilegij generaliter omnibus cunctorum Ecclesiarum rerum invasions, vastationes, alienationes, sacerdotumque & reliquorum servorum Dei oppressiones, vexationes, atque cunctorum generum injurias, necnon & cunctis utriusque sexus hominibus adulteria, fornicationes, sodomiticæque luxurias, atque incesta, vel cuncta illicita conjugia, homicidia, injusta perjurya, falsa testimonia, & omnia illicita pro quibus non solum regna & Reges sed etiam homines in eis commanentes perire cognovimus. Sed quia, Deo auxiliante, per merita & intercessionem sanctorum servorumque Dei, quos sublimare & honorare curavimus atque curamus, hæcenus nos & successores nostri regna & regiones acquisivimus & victorias multas habuimus, deinceps summo opere omnibus nobis providendum est ne pro prædictis illicitis & spurcissimis luxuriis, his, quod absit, careamus. Nam multæ regiones quæ rerum Ecclesiarum invasions, vastationes, alienationes, vexationesque, & Sacerdotum reliquorumque servorum Dei oppressiones vel quascunque injurias, quæ jamdicta illicita & adulteria vel sodomiticam luxuriam vel commixtionem meretricum sectatæ fuerunt, nec in bello seculari fortes nec in fide stabiles persistenterunt. Et qualiter Dominus talium criminum operatoribus ultimas pœnas per Sarracenos & alios populos venire & favere permisit, cunctis earum gestas legentibus liquet. Et nisi nos ab his caveamus, similia nobis supervenire non dubitamus; quia vindex est Dominus ex his omnibus. Quapropter sciat unusquisque nobis subjectus, qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores, si habet, omnes perdere & in carcerem se usque ad justam emendationem atque publicam satisfactionem retrudi & ab

omni fidelium confortio fieri alienum. Valde enim cavenda est illa fovea in quam alios cecidisse cognovimus.

De rebus ecclesiasticis absque iustione proprii Episcopi non dandis.

VII. 267. III. Placuit ut Episcopi rerum Ecclesiarum in omnibus juxta sanctorum canonum sanctiones plenam semper habeant potestatem. Nullus eas dare, vastare, vel accipere absque proprii Episcopi audeat iustione. Nullus eas invadere vel vastare aut quoquo modo deteriorare presumat. Nam devastantibus Ecclesias earumque res nihil aliud intelligimus quam contra illum æterni imperij Deum ejusque majestatis homines movere certamen, cum illæ ades illi die nocteque famulentur & illi sint consecrata. Vobis ergo vastantibus easque invadentibus denuntiamus ne ab illo, si se commoveat, vastentur & disperdantur cujus percussione montium dorfa ferre non possunt. Nos verò ista nec agere volumus nec facere volentibus consentire, ne nos, quod absit, perdamus aut se perdere volentibus consentiamus. Quapropter precipimus ut si quis ex jure ecclesiastico hæcenus nostra largitate aliquid possedit, si illa deinceps habere voluerit, ad proprios Episcopos veniat, & ab eis, & à propositis Ecclesiarum unde esse videntur, quocumque modo iuste potuerit ea impetrare satagat, & nihil ex eis aliter ambiat aut concupiscat vel accipiat, ne cupidus sanctarum rerum ignis, qui in eis est, eos favillosius exurat. Vnde & in sacris canonibus spiritu Dei conditis decretum habetur ita: *Si quis ablata dederit vel acceperit præter Episcopum vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit anathema sit.* Scimus enim anathematizatos homines & in presenti seculo infames esse ac perditos & à confortio fidelium in omnibus absque pane & aqua fieri alienos, atque si absque Ecclesie satisfactione de hac vita recesserint, à regno Dei fore extorres. Quam foveam cavere dissimulans vel recusans nostra se sciat per omnia carere societate. Quia non solum qui faciunt, sed qui facientibus prava consentiunt, rei sunt. Satius enim nobis est regnum non habere terrenum quam æternum perdere. Plus verò me credo posse Deum per suorum merita sanctorum adjuvare quam omnem militiam seculorum. Quapropter omnes scire cupimus, si super his quibus fruimur bonis universum mun-

dum lucrari potuissimus, nostram vestraque animas perdere voluissimus, nec se predictis cupiditatibus perdere volentibus assentire. Testante namque evangelica tuba didicimus nihil prodesse homini universum mundum lucrari, si anima sua detrimentum patiatur. Et iterum: *Quam dabit homo commutationem pro anima sua.* Et iterum: *Ibunt hi in supplicium sempiternum, iusti autem in vitam æternam.*

De his qui res Ecclesie à Principibus petunt, ut irrita habeantur que obtinent, & ipsi communionem priventur. Ex Concilio Arvernensi K. III.

IV. Qui reicolam Ecclesie petunt à VII. 167. Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu⁴⁰⁹ egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur que obtinent, & à communionem Ecclesie cujus facultatem auferre cupiunt excludantur.

Vt hi qui res Ecclesie invadunt, vastant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, communionem priventur. Ex Concilio Arvernensi K. XIV.

V. Si quis cujuscunque munuscula Ecclesie sanctis scripturarum titulis collata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque suppresserit, & non statim à Sacerdote communitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesie catholice communionem pellatur.

De his que à prioribus Principibus circa Ecclesiarum utilitates sunt ordinata, ut in mota permanent.

VI. Ea que circa catholicam legem^{VII. 167.} vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione submota, integra & inviolata custodiri precipimus.

Vt ab Ecclesie societate extorris habeatur quicunque ejus rebus damnum intulerit.

VII. Vt nullus Episcoporum aut cujuscunque personæ quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positas alterius cujuscunque Ecclesie res aut petat aut presumat accipere. Quod si fecerit, tandiu habeatur à communionem altaris vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate suspensus donec ipse Ecclesie cujus directo ordine juris est ablata restituat.

De privilegiis Ecclesiarum inlibatè servandis.

VIII. Privilegia atque præcepta Ecclesiarum manere semper incorrupta precipimus, & quicquid ab antecessoribus vel parentibus nostris circa sacrosanctarum

rum Ecclesiarum utilitates constitutum est, vel quæ singuli quique antistites pro caulis ecclesiasticis impetrarunt, sub pœna sacrilegij jugi solidata æternitate serventur.

De rebus Ecclesie à nullo injustè retentandis vel diripiendis.

VI. 336. IX. Ne cui liceat res vel facultates Ecclesiarum aut monasterijs vel xenodochijs pro quacunque elemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quòd si quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententis constrictus, ab Ecclesiæ liminibus excludatur quandiu ab ipso ea quæ sunt ablata aut retenta reddantur.

Vt ecclesiastica jura semper inlibata permaneant.

VII. 445. X. Monemus ut jura Ecclesiarum, sicut à patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imitationem suum aliquis querat augmentum.

De Ecclesijs & dotibus earum, ut ad Episcopi semper dispositionem pertineant.

VII. 468. XI. Placuit ut omnes Ecclesiæ cum dotibus & omnibus rebus suis in Episcopi proprij potestate consistant, atque ad ordina-

tionem vel dispositionem suam semper pertineant.

De his quæ ab antecessoribus nostris circa cultum divinum statuta fuerunt, ut semper inlibata permaneant.

XII. Quæcunque à parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur à privilegijs immutetur, omnibusque qui Ecclesijs serviunt tutio deferatur. Quia temporibus nostris addi potiùs reverentiæ cupimus quàm ex his quæ olim præstita sunt immutari.

Qualiter hæc statuta servanda sint, & de his qui hæc contempnunt, sive Clericis, sive laicis, quid agendum sit.

XIII. Has omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summam breviterque perstrinximus, sicut plenius in canone continentur, manere perenni stabilitate sancimus. Si quis ergo Clericus aut laicus harum functionum obediens esse noluerit, si Clericus fuerit, excommunicationi subjaceat. Si verò laicus fuerit & honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat filci viribus profuturam. Si verò minoris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilio deputetur.

CAPITVLARE QVARTVM INCERTI ANNI.

CAP. I.

DE ordinatione ecclesiastica & restauratione Ecclesiarum Dei omnes generaliter habeant bonam providentiam.

II.

Vt pacem & concordiam habeant ad invicem fideles nostri.

III.

Quomodo marcha nostra sit ordinata, & quæ per se fecerunt confiniales nostri specialiter istis præteritis annis.

IV.

De placito condicto ad marcham necesse est ut omnimodis ex omni parte sicut ordinatum fuerit unusquisque conveniat.

V.

De illis hominibus non recipiendis à Marchionibus nostris qui seniores suos fu-

Tom. I.

giunt pro damna quæ eis facta habent.

VI.

De pravjs Iudicibus, Advocatis, Vicedominijs, Vicarijs, Centenarijs, vel reliquis actoribus malevolis non habendis.

VII.

De liberorum hominum possibilitate, ut juxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.

VIII.

Vt nullus consentiat suis hominibus ad malefaciendum infra patriam de eo quòd dicunt se non posse habere homines ad marcham defendendam, si eos bene distringunt.

IX.

De vassis regalibus, ut honorem habeant, & per se aut ad nos aut ad filium nostrum caput teneant.

L I

X.

De obsidibus, quòd bene non custodiunt, & ab eis fugiunt.

X I.

De illis qui necessitatem patiuntur, ut meliorem habeant consolationem ad eorum iusticiam.

X II.

Vt per placita non fiant banniti homines, excepto si aliqua proclamatio super ali-

quem venerit, aut certè si scabinus aut iudex non fuerit, & pro hoc condemnati illi pauperiores non fiant.

X III.

Vt haribannum aut aliquod collectum pro exercitali causa Comites de liberis hominibus recipere aut inquirere non presument, excepto si de palatio nostro aut filij nostri Missus veniat, qui illum haribannum requirat.

Lib. III.
leg. Lange-
bard. tit. 6.
c. 1.

CAPITVLARE QVINTVM

INCERTI ANNI

S I V E

CAPITVLARE ADMONITIONIS AD EPISCOPOS.

Nunc primum editum ex schedis clarissimi viri Iacobi Sirmondi Societatis Iesu.

C A P. I.

Primò omnium admonendi sunt de rectitudine fidei suæ, ut eam & ipsi teneant & intelligant, & sibi subiectis populis vivo sermone annuntient. Et unusquisque eos quos habet in suo ministerio cognoscat, sive viros, sive feminas, ut noverit singulorum confessiones & conversationem; quia pro omnibus redditurus est rationem Deo.

I I.

Secundò, ut ipsi sacerdotes talem ostendant suam conversationem subiectis sibi populis quæ imitabilis sit, videlicet, sicut Apostolus dixit, in castitate, in sobrietate, ut non deserviant gulæ & cupiditati huius seculi, ut quod alios monent observare in se ipsis ostendant, ut caveant se ab omni avaritia & cupiditate, quia multi die noctisque laborant ut acquirendo temporalia, res videlicet, mancipia, vinum, & annonam, cum usura, à qua & Deus prohibet & omnis scriptura divina & sancti canones, necnon mulierum declinent confortium, & secum habitare non permittant, ut auctoritas est canonica.

I I I.

Tertiò, ut orationem dominicam, id est, Pater noster, & Credo in Deum,

omnibus sibi subiectis insinuent, & sibi reddi faciant tam viros & feminas quamque pueros.

I V.

Quartò. Vt ipsi Presbyteri à comestationibus, potationibus, ut Apostolus monet, se subtrahant, cum quidam illorum cum quibusdam vicinis suis utantur usque ad mediam noctem & eo amplius cum ipsis bibendo moratur. & qui religiosi & sancti esse videntur. Nam quidam tunc ibi manent, sed tamen saturati vel ebrii revertuntur ad Ecclesias suas, & neque in die neque in nocte officium Deo in Ecclesia sibi credita persolventur. Nonnulli vero in eodem loco ubi ad convivium pergunt dormiunt.

V.

Quintò. Vt ipsi Presbyteri tales scolarios habeant, id est, ita nutritos & insinuos, ut si fortè ei contingat non posse occurrere tempore competenti ad Ecclesiam suam officij gratia persolvendi, id est, tertiam, sextam, nonam, & vesperas, ipsi scolarij & signum in tempore suo pulsant & officium honestè Deo persolvant.

V I.

Sextò. Vt diligenter rescias post ordinationem uniuscujusque Presbyteri quantum quisque fecerit in suo ministerio.

quia qui ante ordinationem pauperes fuerunt, post ordinationem verò de rebus cum debuerant Ecclesiis servire emunt sibi alodium & mancipia & ceteras facultates, & neque in sua lectione aliquid profecerunt, neque libros congregaverunt, aut ea quæ pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, sed semper comitiis & contritionibus & rapina vivunt.

VII.

Septimò. Ut domesticos suos, id est, eos qui cum ipsis sunt in sua mansione, sive scolarios, sive alios servientes, diligentissimè prævidere studeant ab omnibus vitiis, & maximè de ebrietatibus & luxuriis & variis immunditiis. Nam, sicut dicit Apostolus, qui domesticorum suorum

curam negligit, aliorum non velle poterit prodesse conversationi.

VIII.

Octavò. Ut hospitales sint: quia multi, qui sciunt hospitem supervenire ad Ecclesiam suam, fugiunt. Apostolus jubet & cetera scriptura divina sectando sequi. Illi è contrario faciunt, & pauperibus subvenire metuant.

IX.

Nonò. Iubet Apostolus omnibus fidelibus ut sermo noster in gratia sit semper sale conditus, id est, ut ea loquatur Christianus quæ religioni serviunt, unde aliquis mentem condire possit, & à putredine peccatorum emundare. Si omnibus fidelibus. Cetera desunt.

CAPITVLARE PIPPINI REGIS ITALIÆ.

Datum, ut videtur, anno Christi DCCXCIII. post sedatam
feditiorem Italicam ejusque auctores punitos.

Nunc primùm editum ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno bibliotheca
Thuana, altero monasterij Sangallensis.

INCIPIUNT CAPITVLA.

- | | |
|---|---|
| 1. D e iustitiis generalibus. | 15. Ne laici homines teneant Ecclesias baptismales. |
| 2. De monachis qui de Francia veniunt. | 16. De Advocatis sacerdotum. |
| 3. De Presbyteris qui de alia provincia veniunt. | 17. De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de statu ingenuitatis. |
| 4. De his qui ad palatium veniunt, vel inde vadant. | 18. De compositionibus quæ ad palatium pertinent. |
| 5. De illis hominibus qui seniores suos dimittunt. | 19. De monasteriis & xenodochiis regalibus. |
| 6. De hominibus libellariis. | 20. De rebus forsactis. |
| 7. De Ecclesiis baptismalibus. | 21. De eo cujus res in elemosyna date sunt. |
| 8. De immunitatibus conservandis. | 22. De iure filio in res servorum quos pater fecit liberos. |
| 9. De viis & pontibus emendandis. | 23. De auctoritate legis & consuetudinis. |
| 10. De feminis quarum mariti in Francia sunt. | 24. De potestate vendendi & donandi in femina. |
| 11. De Missis per singula monasteria dirigendis. | 25. De mancipiis palatij & Ecclesiarum. |
| 12. Quod nulli homini sua testimonia tollenda sunt. | 26. De liberis hominibus ad servilia opera non cogendis. |
| 13. De liberis hominibus Longobardis. | 27. De aliamonibus palatij. |
| 14. De xenodochiis. | 28. De fugitivis. |

Tom. I.

Ll ij